ad locum ubi dicitur Rivoalto, ubi nunc presenti tempore Domina Maria Abbatissa esse videtur, & ubi multe res a bonis hominibus delegate sunt. Ego in Christi Nomine Henricus Comes huius Comitatus Veronense, & filius quondam itemque Henricus Comes de loco Sancto Bonifacio, qui professus sum ex natione mea Lege vivere salica perpetua dixi, promitto, & spondeo me Ego qui supra Henricus Comes una cum meos Eredes & proheredes seu prole in perpetuum, & obligamus ad dandum a pars predicto Monasterio Sancti Zaccharie tibi predicta Domina Maria Ursiola Abbatissa, & ad vestros successores vel pars Congregatione ipsius Monasterii iusta testamentum qui fecit Dominus Milone Marchio in Suprascripto Monasterio, quem vos habetis, ut omni tempore sit firmis, & stabilis permaneat qualiter hic subter disignavero. Sic modo venimus in pacto convenientia & provisione cum eadem Domina Maria Ursiola Abbatissa & cum Stefano Candiano & Petro Mauroceno, nec non cum Dominico presbitero Capellano eiusdem Monasterii de finibus Venetiarum nominative iusta testamentum qui fecit Doimnus Milone Marchio, qui fuit Besavo meo, & concedit pro anima sua in Suprascripto Monasterio, & Congregatione Sancti Zaccharie secundum divisionem quam Ego habere, & detinere viderur de ipsum testamentum, quod est quartam pars quam Ego respondere debeo, & meos heredes seu prole que in perpetuum censum pars predicto Monasterio, & Congregatione Sancti Zaccharie ad predicta Domina Maria Abbatissa, & ad eius successores vel Missi de predicto Monasterio, & Congregatione Sancti Zaccharie qualiter hic subtus legitur, ut pro omnique anno debet habere persolutum in Missa Sancti Martini ipse Elnricus Comes, & meos heredes, ac proheredes, seu prole usque in perpetuum, aut nostros missos pars predicto Monasterio, & Congregatione, vel ad eius Misso ad modios bonos Veronenses de formento modios viginti quinque & de Vino similiter modios viginti, & quinque, & denarios bonos Veronenses qualis pro tempore convenerit Solidos quinque, Et ipsum fictum dare, & persolvere debet predictus Henricus Comes, & meos heredes, ac proheredes, seu prole usque in perpetuum, aut Nostros Missos a pars suprascripto Monasterio, & Congregatione Sancti Zaccharie tibi predicta Domina Maria Abbatissa, & ad vestros successores, aut ad vestros Missos, & ipsum fictum dare, & persolvere debet, sicut superius legitur sine fraude, & malo ingenio in Loco, & fundo Rimco iuxta flumem Adesis prope ipsius Ripam, & si hec quod superius legitur non adimpleverit tunc obligavit componere pro unusquisque anno, qui se subtraxerit pena auro optimo libras decem, medietatem Camere Domini Imperatoris, & medietatem pars predicto Monasterio & Congregatione Sancti Zaccharie ad predicta Domina Maria Ursiola Abbatissa, aut ad vestros successores quidem, & hanc confirmandam promissionis carta accepi E..

quem

quem supra Helnricus Comes dare iamdicto Petro Misso de suprascripta Domina Maria Ursiola Abbatissa de pars suprascripto Monasterio, & Congregatione. Exinde Launechilo Capello uno, & ut hec nostra promissio ut supra legitur in suprascripto Monasterio, & Congregatione firma permaneat, atque persistat inconvulsa cum stipulatione subnixa, hanc bergamenam cum bactramentario de terra elevans me paginam Ioanni quondam Waldi Notario Sacri Palatii tradidi ac scribere rogavi in qua hic subter confirmans testibus quem obtuli ad roborandum,

Actum foris urbium Veronensis feliciter ad Monasterium Sancti Zenonis.

Signum ††† suprascripti manibus Aldegerio, & Litulfo, & Arnaldo viventes lege salica testes

Signum †††† suprascripti manibus Vulbertus, & Vido, & Bonifacio, & Aldericus testes.

Ego Ioannes quondam Waldi Notarius sacri Palatii hanc Cartulam obligationis scripsi, & post traditam subscripsi

VII.

Ex eodem Archivio.

In Nomine Domini Dei Eterni. Anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi millesimo quinquagesimo quinto. Anno Imperii Dñi Henrici Secundi hic in Italia Nono, octavo mensis Aprilis Indictione octava. Monasterium Beatissimi Zacharie situm in finibus Venetie ad locum qui dicitur Rivoalto, in quo presenti tempore Domña Maria Ursiola Abbatissa esse videtur, & ubi multe res a bonis hominibus delegate sunt

Ego in Christi Nomine Bonifacius Comes, & Henricus, Atque Albertus seu Uberius Germanis filii quondam Comitis Uberti de Sancto Bonifacio qui professi sumus ex nostra Lege vivere Salica perpetuo promittimus hoc, atque spondimus. Ego supradictus quoque Bonifacius Comes cum meis Germanis, una cum nostris heredibus, ac proheredibus, seu prole in perpetuum, & obligamus per Sacramentum, & per acceptum ad dandum ad partem predicti monasterii Sancti Zaccharie, & ad te predicta Dña Maria Ursiola Abbatissa, & ad vestros successores vel pars Congregatione ipsius Monasterii iusta Testamentum quod fecit Miloni Marchio in suprascripto Monasterio quem habetis, ut omni tempore firmis, & stabiles permaneant qualiter hic subter designavimus, sed modo venimus in pacto, convenientia, & provisione cum eadem Dña Maria Ursiola Abbatissa, & cum Stefano Candiano, & Petro Mauroceno, nec non cum Dominico presbytero Capellano eiusdem Monasterii de finibus Venetiarum, nominative, iusta Testamentum

quod

quod fecit Dominus Milone Marchio, & concedit pro anima sua in suprascripto Monasterio, & Congregatione Sancti Zacchariæ secundum divisionem quam Ego Bonifacius Comes habere, & detinere videtur de ipso Testamento quod est medietatem quam Ego respondere debeo, & mei heredes, ac proheredes, seu prole usque in perpetuum censum pars predicto Monasterio, & Congregatione Sancti Zacchariæ, & ad predictam Dominam Mariam Ursiolam Abbatissam, & ad eius Successores, vel Missi de eodem Monasterio, & Congregatione qualiter hic subtus legitur, ut pro omnique anno debeo habere persolutum in Missa Sancti Martini Ego Bonifacius Comes, & mei heredes, ac proheredes, seu prole usque in perpetuum aut nostros Missos ad partem predicti Monasterii, & Congregationis, vel ad eorum Missos ad Modios bonos Veronenses de frumento Modios quinquaginta, & tantum de Vino similiter Modios quinquaginta, & tantum de denarios bonos Veronenses ipsum fictum dare, & persolvere Solidos X. debeo Ego predictus Bonifacius Comes, & mei heredes, ac proheredes seu prole usque in perpetuum, aut nostros Missos ad partem predicti Monasterii, & Congregationis Sancti Zacchariæ, & ad te predicta Maria Abbatissa, & ad vestros Successores, aut ad vestros Missos & ipsum fictum dare, & persolvere debeo sicut superius legitur sine fraude, & malo ingenio in Loco, & fundo Runco iusta pedem ipsius terre, & ad Ripam Flumem Adese, & Ego Enricus Comes obligo me in ipso Sacramento, seu in promissione, vel acceptum ita ut sicut Ego illi similiter XXV modios frumenti tantum ad Modios Veronenses, & de Vino XXV. tantum ad modios Veronenses ipso ficto persolvere debeam, & si hec que superius legitur non adimplevero, ut quod per omnique anno debeo habere persolutum in Missa Sancti Martini Ego Enricus Comes, & mei heredes seu prole usque ad perpetuum vel nostros Missos ad partem predicti Monasterij, & Congregatione, vel ad eorum missos persolvere debeamus; similiter Ego Albertus Germanus obligo me in ipso Sacramento, seu in promissione, vel acceptu ita ut sicut Ego similiter de quarta parte de ipso ficto persolvere debeam, ut per omnique anno debeo habere persolutum in Missa Sancti Martini Ego Albertus Germanus, & mei heredes, ac proheredes, seu prole usque in perpetuum aut nostros Missos ad partem predicti Monasterii, & Congregatione, vel ad eorum Missos ad modios bonos Veronenses de frumento modios XXV, & tantum de Vino similiter modios XXV, & tantum de denarios bonos Veronenses ipsum fictum dare, & persolvere debeam inter me, & frater meus Enricus solidos X pro expendio. Et sic hoc quod superius legitur non adimpleverimus tunc obligamus componere unum quicquam annum qui se subtraxerit, & non adimpleverit quod superius le-

legitur pena auri libras X optimi, medietatem Domini Imperatori, & medietatem predicto Monasterio, & Congregatione Sancti Zaccharie, & ad predictam Dominam Abbatissam Mariam, aut ad vestros successores quidem, & hanc confirmandam promissionis Cartulam accepi Ego quem supra Bonifacius Comes de te iamdicto Stephano Candiano Advocato de suprascripta Domina Maria Ursiola Abbatissa de parte supradicto Monasterio, & Congregatione ut hec nostra promissio ut supra legitur in suprascripto Monasterio, & Congregatione firma permaneat, atque persistat inconvulsa cum stipulatione subnixa, & a pergamena cum bactamentario de terra elevans me paginam, Ioanni quondam Waldi Notario Sacrii Palati tradidi ad scribendum, & scribere rogavi, in qua hic subter confirmans testibus, quem obtuli ad roborandum

Actum foris Urbium Veronens. ad Monasterium Sancti Zenonis feliciter.

Signum † manu suprascriptus Bonifacius Comes.

Signum † manu suprascriptus Enricus Comes.

Signum † manu Albertus.

Signum ††† manibus Aldegerio, & Litulfo, & Arnaldo viventes Lege Salica testes.

Signum †††† manibus Ubertus, & Wido, & Bonifacio, & Aldericus testes

Ego suprascriptus Ioannes quondam Waldi Notarius Sacri Palatii rogatus qui hanc Cartulam obligationis scripsi, & post tradita complevi.

VIII.

Ex autografo tabularii Ecclesiæ Sancti Petri Vincentiæ.

In nomine Ihesu Christi. Anno incarnationis eiusdem nostri redemptoris millesimo sexagesimo octavo, Domini Heinrici regis augusti... indictione sexta. Ego in Dei omnipotentis nomine Luidigerius Sancte Vincentine ecclesie Episcopus reperi cenobium beatissimi Petri principis Apostolorum edificatum foris civitate Vincentie loco qui dicitur in plano fere adnullatum & desolatum omni monastico cultu & divino Officio. Preterea ad sacrum ministerium ibidem cottidie celebrandum, Iterumque do & offero ego iamdictus Luidigerius episcopus ipso Monasterio Sancti Petri massaricias decem & novem infra predicto comitatu Vincentino, qui iacet in loco & fundo Credacio atque in Altavilla, quod Guecilinus presbiter detinet in beneficio de me: & antea fuit beneficium Heinrici filii Heinrici comitis de Comitatu Veronensi. Insuper do & offero quantum supradictus Wecilinus presbiter habuit & tenuit in beneficio de episcopatu Sancte Vin-

Vincentine Ecclesie : id est , cum omni redditionem de terris cum vineis , de terris aratoriis , & amissere secundum consuetudinem terre ipsius. Sed ita tamen ista in mea reservo potestate de super dictis massariciis decem & novem, hoc est districtum, & placitum, & caraticum, & fotrum, & colittam, sicut ipsi massarj qui in eadem massariciis habitaturi sunt, in usu & consuetudine fuerunt mihi facere de predictis decem & novem massariciis.

Ego Luidigerius episcopus manu mea ss. & confirmavi.

Ego Dominigo Diaconus de Altavilla ibi fui

Ubertus Comes de Comitatu Veronensi ibi fui

Gumbertus de Celsano, & Adam de Beriga ibi fui.

Dominico castallo de Custodia ibi fui

Guido castaldo de Credatio ibi fui.

I X.

Ex Archivio Monialium S. Michaelis in Campanea Cal. KK.m.3.n.4.

In nomine Dei Eterni anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Xpi millesimo nonagesimo tercio undecimo Die mense novembri Indic. tertia. Constat me Petrus Presbiter de Ecclesia & Monasterio Sancti Michaelis sita & constructa foris urbium Veronensis a locus qui nuncupatur Campanea qui professo sum secundum ordo Ecclesie lege vivere Romana, accepisse sicuti & in presencia testium manifestus sum qui accepi a te Beniamin filius quond .... habitator in Civitate Veronensi non multum longe da corubio qui dicitur curte Ducis inter argentum & alia merce valentem denarios bonos Veronenses libras decem & novem finitum precium pro pecias decem de teris aratoreis iuris mei quas ego habere & possidere visus sum quibus esse videntur in finibus & in comitatu Verone in loco & fundo porcile. prima pecia de terra aratoria ubi dicitur carbonaria abet per longitudinem perticas quinquaginta & una, de uno capite perticas tres pedes sex, de alio capite perticas quatuor coeret de uno latere Belucio abet de alio latere .... de uno capite heredes qu: Daniel, de alio capite via percurrentem; Secunda pecia de terra aratoria ubi dicitur Colle de Silva abet per longitudinem perticas triginta & sex de uno capite perticas quatuor de alio capite perticas duas pedes sex non longe ab ipso capite perticas tres de uno latere heredes qu: Giseponis abet de alio latere Giselberto abet de uno capite viam percurrentem de alio capite Godo posidet; Tertia pecia de terra aratoria ibique prope habet per longitudinem perticas viginti & quinque de ambobus capitibus perticas tres pedes sex de uno latere Dominicus abet de alio latere Johannes abet de uno capite Bono abet de alio capite Zeno abet;

Quarta pecia de terra aratoria ubi dicitur presa abet per longitudinem perticas viginti & quatuor pedes tres de uno capite perticas decem de alio capite perticas bocto pedes quinque qui de uno latere Rodulfo posidet de alio latere & uno capite iura Sancte Marie posidet de alio capite via percurrentem; Quinta pecia de terra aratoria ad iamdicto loco presa abet per longitudinem perticas viginti & quinque pedes sex de uno capite perticas sex de alio capite perticas bocto pedes sex coeret ei de uno latere....... de alio capite suprascripto Rodulfo posidet; Sexta pecia de terra aratoria ibique insimul tenentem habet per longitudinem perticas triginta pedes sex de uno capite perticas sex pedes quinque de alio capite perticas sex pedes tres de uno latere Johannes habet de alio latere & uno capite item Johannes abet de alio capite terra aratoria qua supra scripta aderentem; Septima pecia de terra aratoria ibique non longe habet per longitudinem perticas novem pedes sex de ambobus capitibus perticas quinque pedes sex de ambobus lateribus suprascripto Johannes abet de uno capite Zeno abet de alio capite iura Sancte Marie posidet; Hoctava pecia de terra aratoria ibique prope abet per longitudinem perticas viginti de uno capite perticas quatuor pedes novem qui de uno latere suprascriptus Johannes abet de alio latere Petrus abet de uno capito Adelardus posidet de alio capite iura Sancte Marie adstantem; Nona pecia de terra aratoria ubi dicitur calmaiore abet per longitudinem perticas triginta pedes sex de uno capite perticas quatuor pedes decem de alio capite perticas quatuor pedes tres de uno latere Zeno habet de alio latere Bonobomo de uno capite Johannes abet de alio capite via percurrentem, Decima pecia de terra aratoria ubi dicitur prato Salvino abet per longitudinem perticas viginti de ambobus capitibus perticas quatuor coeret de uno latere Johannes abet de alio latere Bonohomo de uno capite Perto presbiter abet de alio capite Martino abet si ibique alii sunt coerentes. Que autem suprascriptis rebus in iam prenominatis locis iuris mei superius dictis. Una cum haccessionibus & ingressoras earum seu cum superioribus & inferioribus suis qualiter superius mensuras & coerencias habencias Ab hac die tibi cui supra Beniamin per suprascripto precio vendo trado & mancipo nullis aliis venditis donatis alienatis obnoxiatis vel traditis nisi tibi & facias exinde a presenti die tu & heredibus tuis aut cui tu dederis iure proprietario nomine quidquid volueritis sine omni mea & heredum meorum contradictione. Quidem & spondeo atque promitto me ego qui supra Petrus presbiter huna cum meos heredes tibi cui supra Beniamin tuisque heredibus aut cui tu dederis suprascriptis rebus qualiter superius tibi libuerit ab omni homine defensare quod si defendere non putuerimus aut si vobis exinde aliquid per covis ingenium subtrahere quesierimus tunc in duplum eadem vendita ut supra similiter

vo-

vobis restituamus sicut pro tempore fuerit melioratis aut valuerit sub extimatione in consimilibus locis Borsore Sacerdoti mei suprascriptus Petrus presbiter nec mibi liceat ullo tempore nolle quod volui sed quod a me semel factum vel conscriptum est inviolabiliter observare promitto cum stipulatione subnixa & nihil mihi & ipsum precium amplius aliquid redere debes dico. actum in suprascripta civitate Verona feliciter.

Signum ††† manibus Gisulso & Toto & Quizulo viventes lege romana testes.

Signum ††† manibus Sengereto, & Tepario & Bonoredente testes.

Et ego Salomon notarius sacri palatii rogatus qui hanc cartam vendicionis scripsi & post tradita complevi.

X.

Ex autentico in Archivio Monialium S. Salvatoris Curtis Regiæ Veronæ.

In nomine Domini Dei Eterni. Breve recordationis pro futuris temporibus ad memoriam retinendam qualiter tradaverunt, atque venundaverunt Nobilo filius quondam Boso Scanzo, & Masara iugalibus abitaturis in Civitate Verone famuli Domui Sancti Zenonis una per ipsius iugale suo consentiente, ac per presentem paginam vendicionis sue, & per fustem, quam in manibus suarum tenebant de suarum manibus in manu, & in persona Cunizo Presbiter de Ecclesia Sancte Felicite, & filius quondam ...... qui fuit famulo itemque Domui Sancti Zenonis a presenti die, & ora ad suam proprietatem ad abendum id est pecia una de terra pradiva iuris supradictis iugalibus, quam abere visi erant, que posita est in finibus, & in Comitatu Veronensi in loco, & fundo Baniolo, abet per longum perticas centum, & viginti, & sex de ambobus capitibus equaliter perticas triginta, & quatuor, coberet ei de uno latere Adam Diaconus abet de alio latere Paluo adest, de uno capite iura Sancti Nazari posidet de alio capite Erimberga & Gentisma germane abet, si ibique alii sunt coberentes. Et insuper vendiderunt ipsi iugalibus ad eodem Cunizo Presbiter per anc Cartam, & eodem precio id est omnem Comaniam .... terras illas iuris sui, quam habere visi erant in suprascripto loco, & fundo Baniolo per singulis locis in eius fines, & territoriis omnia in integrum, Et infra designatis locis, vel eius mensuras, sicut & predictas coberentias cum omnia super se habent ipsi iamdictis iugalibus venditores ex inde sibidem nullam reservant ab ipsis rebus una cum ingresibus communis, & pro suprascripta in ea venditione accepit suprascriptis iugalibus venditores de iamdicto emptore precio finito per arientum,

&

& aliam mercem valentem denarios bonos Veronenses libras quinque. Et insuper dederunt vuadia ipsi iamdictis Nobile, & Masara iugalibus venditores, & repromisit se, & suos Eredes adversus suprascripto Cunizo Presbiter emptor vel ad suos heredes, aut cui ipse dederit. Sei si de suprascripta suarum venditione aliquando tempore molestare presumsissent, & ab unum quoque hominem defendere non potuissent item tantum, & in quantum suprascripta suarum vendicio cum omnia supra se abent eo tempore in consimilibus locis melioratis valuerit duplare promiserunt. Et de ac causa posuerunt Bonefacio fideiuxor itemque famulo, qui obligavit pignora sua.

Factum est hoc in suprascripta Civitate Verona in anno ab Incarnacione Domini Nostri Jesu Cristi millesimo octuagesimo quinto, sub die quinto de mense Iulius Indictione octava. In tempore Domno Siginbodo Episcopo, & Sigomaro Vicedomino, & Brunicho Canevario, quando ipsa tradicio, vel vendicio facta fuit, ibi erant de pars illorum famuli, id est suprascripto fideiuxor, Pizolo, Zeno, & de liberis hominibus id est Lanfranco, Zeno, Ardezono, Stadiuerto, & reliqui plures.

Ego Albericus qui Bonefaci vocor notarius rogatus, qui interfui, & unc brevem scripsi, & complevi.

X I.

Ex Archivio Monialium Sancti Zaccharia de Venetiis.

Die Dominico qui est tertio de mense exeunte Iunii, qui est quarto Calendis Iulii in Civitate Verone in Domo Dñi Tebaldi Veronensis Episcopi presentia ipsius Dñi Tebaldi Episcopi, & aliorum presbiterorum scilicet Rodulfus Archipresbiter Congregationis Verone, & Ioannes presbiter Ecclesie Sanctorum Simeonis, & Iude, & presentia plurimorum laicorum, quorum hii sunt, Ioannes de Merlaria, Ugo de Zerpa, Ioannes de Monte prudentes Iuris, & Crescentius Consul Bonizenonis filius, Rodulfus Vicecomes, Rubertus Superbia, Henricus de Proposito, Reneuuardus, & Redaldus, & Girardus Mantuanus, & Henricus de Sacone, & Vivianus de Oldericho de Monecha, Aldus Pezafura de Clavega, Obizo & Otto de Cluuena Bonifacius de Rodulfo, Fruzerius Malfato, Otto, Petingo, Dominicus Portenarius, & Revenoardus eius filius, & Aicardus Rasorius, & Tancredus Garsendonius, Bonfato Musio, & Baldoinus eius Nepos, & Giselbertus de Foro frater Isuardi, & aliorum plurimorum presentia Maleregolado, & Al-

& Albertus Surdo eius Nepos, & Grasso, & Girardus eius Nepos, reffutaverunt Castrum Runci, & Villa, & Curte cum omnibus suis pertinentiis que fuerunt quondam Marchionis Milonis. Malregolado (a) *reffutavit pro se, & pro Matelda nepte sua, Albertus surdo reffutavit pro se, & pro fratre suo Fulcbuino, Grasso & Girardus reffutaverunt pro se, & pro Episcopo Bonifacio Monasterio Sancti Zaccharie de Venetiis, & Anelle Abbatisse, & vice sue Congregationis in manu Dñi Petri Baduarii Advocati ipsius Monasterii, Ideo quod ipsi non persolverunt fictum quod Marchio Milo ordinavit in suo testamento quem ipsi omni anno debebant dare suprascripto monasterio Sancti Zaccharie, unde confessi sunt coram supradicto Episcopo, & suprascriptorum bonorum hominum, & aliorum plurimorum se nullam habere rationem & victos per placitum esse hac confessione, & reffuctatione facta. Tunc supradictus Petrus Baduarius Advocatus intravit possessionem supradicti Castri, & Curie cum omnibus suis pertinentiis que fuerunt Marchionis Milonis ex parte monasterii, & Abbatisse, & sue Congregationis ad proprium; Insuper etiam nos Malregolado, & Albertus Surdo, & Grasso, & Girardus manifestamus, & confessi sumus quod ita verum est sicut supra legitur. Factum est hoc in anno ab Incarnatione Dñi Nostri Jesu Christi millesimo centesimo trigesimo sexto Imperante Domino nostro Lothario Imperatore Romanorum Augusto suprascripto die Dominico Indictione quarta decima.*

† Ego Tebaldus Dei gratia Veronensis Episcopus interfui.

† Ego Ioannes de Merlaria interfui.

Ego Ioannes Monsilicanus Legis peritus interfui, & subscripsi.

Ego Bonifatius Notarius rogatus ibi fui, & hanc cartam reffutationis scripsi, & complevi.

XII.

(a) Il suo proprio nome era Bossone, ma cognominato Malregolato; come insegna il Documento impresso alla pag. 721. del Secondo Libro delle Notizie delle Chiese di Verona, onde errò il Corte a chiamarlo Marco Regolo, Ebbe un fratello per nome Manfreddo, ma sopranominato Maltolto, come si legge nel surriferito documento.

XII.

Ex eodem Archivio.

Die Dominico qui est tertio die mensis Iunii exeunte qui est quarto Calendis Iulii in Civitate Verone in Domo Dñi Thebaldi Veronensis Episcopi presentia ipsius Dñi Thebaldi Episcopi, & aliorum presbiterorum scilicet Rodulfus Archipresbiter Congregationis Verone, & Ioannes presbiter Ecclesie Sancti Simeonis, & Iude, & presentia plurimorum laicorum, hi sunt, Ioannes de Merlaria, Ugo de Zerpa, & Ioannes de Montesilice prudentes Iuris, & Crescentius Consul Bonizenonis filius, & Rodulfus Vicecomes, Ubertus Superbia, Henricus de Proposito, Renevuardus, Redaldus, Girardus de Cunrado Mantuano, Giselbertus de Foro, Henricus de Sacone, Vivianus de Olderico de Monecha, & Aldus Pezafura de Clavega, Bonifacius de Rodulfo de Argentio, Fruyerius Malfatus, Otto Peringo, Bensatus Musio, Squassazogno, Aicardus Rasorius, Tancredus, & Garsendonius, Balduinus Nepos suprascripti Bensati, Dominicus Portenarius, & Reneuuardus eius filius, Obizo Rennelus, Ioannes Monsiclo istorum, & aliorum plurimorum presentia Domini Petri Baduari Sancti Zaccharie Monasterii Advocati investivit iure locationis Grassum, & Girardum Nepotem illius pro se, & pro Episcopo Bonifacio ex parte Monasterii Sancti Zaccharie de Venetiis, & Anelle Abbatisse, & sue Congregationis nominative de medietate Castrum Runci, & Curte cum omnibus suis pertinentiis que fuerunt Marchionis Milonis ad fictum redendum omni anno in festivitate Sancti Martini secundum hoc quod Milo Marchio ordinavit in suo testamento, fictum vero est ad super totum centum modia frumenti, & centum modia vini ad modium Verone & solidos XX. Veronensis monete, set isti scilicet Grassus, & Girardus, & Dominus Episcopus Bonifacius debent pro sua parte idem medietas Castri sicut supra legitur persolvere quinquaginta modia frumenti, & quinquaginta vini, & decem solidos Veronensis monete in suprascripta festivitate Sancti Martini, & insuper iuraverunt supradicti Grasso, & Girardo pro se, & pro supradicto Episcopo Bonifacio in Comuni Contione Verone omni anno supradictum fictum persolvere donec vixerint sine fraude, & malo ingenio, & si hoc non attenderint debent amittere predictam partem Castri, & Curtem, & omnem rationem secundum hoc quod Milo Marchio ordinavit in suo testamento, & qualis de eorum heredibus, vel proheredibus voluerint hanc securitatem facere quam ipsi fecerunt possideat, & qui noluerit facere ami-

amittat suprascriptam portionem, & si aliquis ex ipsis heredibus vel proheredibus infra pupilarem etatem fuerint, postquam pubes factus fuerit hoc Sacramentum facere debeat infra annum postquam fuerit petitus, & fictum omni anno persolvere, & si supradictum Sacramentum noluerit facere, & fictum omni anno persolvere amittat supradictam portionem Castri, & Curie, & omnes rationes quas ipsi habuerunt in supradicto Castro, & Curte sicut supra legitur.

Nos Grasso, & Girardus sic iuravimus quod ita adimplere debemus sicut suprascriptum est

Factum est hoc in anno ab incarnatione Dñi nostri Iesu Christi millesimo centesimo trigesimo sexto, imperante Domino Lothario Romanorum Imperatore Augusto suprascripto die Dominico Indictione quartadecima.

† *Ego Tebaldus Dei gratia Veronensis Episcopus interfui.*

† *Ego Ioannes Monsilicanus Iurisperitus interfui, & subscripsi*

† *Ego Ioannes de Merlaria interfui, & subscripsi*

Ego Bonifacius Notarius rogatus ibi fui, & hoc breve scripsi, & complevi.

XIII.

Ex eodem Archivio.

Die Martis qui est secundo Calendis Iulii in Civitate Verona in Curte Beatissimi Sancti Marci Evangeliste presentia bonorum hominum quorum nomina hic subter leguntur. Eleazarus, & Odo Zenonis filius, & Chouradus de Crescentio Consules, Adam Iudex de Merlaria & Ugo de Zerpa prudentis Iuris, Odelricus de Gosolingo. Item Odolricus Somato, Rodulfus Cacaauro, Girardus de Conrado Mantuano, Vivianus de Odelrico de Monecha. Item Vivianus de Arena, Giselbertus de Isnardo de Foro, Bernardus Osuetule, Henricus de Foro, Anto, & Rodulfus Consobrini de Scala, Blancus de Uualdingo, Amelrichus Storto, Bonifacius de Rodulfo de Argentio, Aldus Nepos Zenonis de Auca, Gandulfus de Plathea maiore, & Girardus ejus frater, Balduinus de foris Porta Sancti Zenonis Nepos, Siuualdo presbitero, Gilbertus de Colcneola, Treumanus Gatus de Arena, & Albertus de Rustigello de Aurinago, & Isnardus de Boca de Arena; & Albericus de Rustigello, & Bricius, & Uuifredus de Sancto Ioanne de Foro, istorum, & aliorum plurimorum bonorum hominum presentia. Dominus Petrus Baduarius Sancti Zacchbarie Monasterii de Venetiis Advocatus investivit iure locationis Albertum Surdum Maltoleti filium

pro se, & pro Fulcuino fratre suo ex parte dicti Monasterii Sancti Zaccharie de Venetia, & Anelle Abbatisse, & sue Congregationis nominative de sua portione de medietate Castri Runci, & Ville, & Curte cum omnibus suis pertinentiis que fuerunt quondam Marchionis Milonis, sicut ipse Albertus habuit, & tenuit, salvo iure, & Justitia Maliregolati, & Matelde Nepti sue que habent in predicto Castro, & Curte ad fictum ipse Albertus redendum omni anno in Festivitate Sancti Martini secundum hoc quod Marchio Milo in suo Testamento ordinavit; fictum vero est ad super totum Castrum, & Curtem centum modia frumenti, & Centum modia vini ad modium Verone, & Solidos viginti Veronensis monete de quinquaginta modia frumenti, & quinquaginta modia vini, & de decem solidos denariorum Veronensium debet supradictus Albertus cum Fulcuino fratre suo pro eorum portione persolvere omni anno in suprascripta Festivitate Sancti Martini, tantum quantum in eorum portione venerit, & insuper iuravit supradictus Albertus Surdus in presentia suprascriptorum bonorum plurimorum hominum omni anno suprascriptum fictum secundum quod in sua portione venerit, donec vixerit persolvere sine fraude, & malo ingenio, & si hoc non attenderit amittere predictam partem Castri, & Curte cum omnibus suis pertinentiis, & omnes rationes secundum hoc quod Milo Marchio in suo Testamento ordinavit, & qualis de eorum heredibus vel proheredibus voluerit hanc securitatem facere quam ipse Albertus fecerit possideat, & qui noluerit facere amittat suprascriptam portionem de suprascripto Castro, & Curte, & si aliquis ex ipsis heredibus, vel proheredibus infra pupilarem etatem fuerit postquam pubes factus fuerit hoc Sacramentum facere debeat infra annum postquam fuerit petitum, & fictum omni anno persolvere, & si supradictum Sacramentum noluerit facere, & fictum omni anno persolvere amittat supradictam portionem Castri, & Curte, & omnes rationes quas ipsi in Suprascripto Castro, & Curte habuerunt, sicuti supra legitur

Ego Albertus Surdus iuravi, quod ita adimplere debeo sicut supra legitur, & scriptum est

Factum est hoc in anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi millesimo centesimo trigesimo sexto, Imperante Domino nostro Lothario Romanorum Imperatore Augusto suprascripto die Dominico, Indictione quartadecima.

Signum † pro manu suprascripti Eleazari Consulis qui ut supra interfuit.

Signum † pro manu Odonis Consulis qui ut supra interfuit.

Signum ††† pro manibus suprascriptorum Odelrici de Gosulingo,

& Gi-

& Giselberti de Foro, Odolrici Somati qui ut supra interfuerunt
Ego Bonifacius Notarius rogatus ibi fui, & hoc Breve scripsi, & complevi

XIV.

Ex Archivio Abbatiæ Zenonianæ Veronæ.

In Nomine Domini Dei, & hominis Anno eiusdem millesimo centesimo quinquagesimo mensis decembris die Sabbathi decimaquarta indictione decimatertia presentia bonorum hominum, quorum nomina hic inferius. Theobaldus Dei gratia Verone Episcopus pro remedio anime sue suorumque Predecessorum cum baculo, quem in manu tenebat investivit Dominicum Priorem Sancte Marie de Carcere de Decima cum omni iure decimationis omnium terrarum quas nunc habet Sancte Marie de Carcere Ecclesia, vel erit de cetero acquisitura in fundo & Curia S. Zenonis Veronensis Diocesis, unde duplam Warentationem defensionemq. promisit.
Actum ante Ecclesiam trium Comitatum.
Rogati sunt testes Fulco, & Albertus Marchiones.
Albertus de Babone Tintinus de Lendenaria.
Albericus frater eius, Rolandus de Urbana, Marabotus de Verona.
Ugo Iudex de Padua cum aliis non paucis.
Ego Theobaldus Veronensis Episcopus.
Ego Adam Causidicus interfui, & subscripsi.
Ionas Causidicus, itemque tabellio supradictarum interfui, & rogavi.

XV.

Ex Autographo tabularij majoris Ecclesiæ Patavij

In Christi nomine amen. Anno eiusdem nativitatis MC . . . . . . Testes qui predicto die ante consules Padue . . . . Ugo de Mazale de Runco de Veronensi Comitatu, sicut dixit. Ego scio quod fui ibi ubi quondam Comes Manfredus de Comitatu Veronensi Albertum de Tumba iudicem patrem Dn̄: Mainardini iudicis de Padua petentem investituram sui feudi, quod ab eo habebat, & de illo feudo quod ad presens ibidem ab eodem Dn̄o comite invenit in Concadalbaro, sicut ibi dicebatur, & in eius pertinentiis, investivit, Ita quod eum . . . . tam in illo quod ante habebat, quam in illo quod

ad presens . . . . qualiter masculi & femine . . . . . . succedere ab inde deberent: & hoc fuit factum in Minervis, sub domo Comitis . . . . Et etiam dedit sibi quendam Gerardum . . . . . . qui cartulam de hoc . . . . . . tam in masculis quam in feminis sibi componi.

Interrogatus de tempore, & quibus presentibus hoc . . . . . . anni & plus. Et erant ibi comes Maleregolatus, & Ardericus de montesello, & Iohannes longus de Runco, & Peregrinus de montagnana, qui fuit de Runco, & Rodulfus de Orte, & alii plures milites; & etiam alia gens. Interrogatus si plus scit; & de aliis capitibus respondit; nescio plus.

Iohannes de Stefano, qui nominatur etiam Iohannes longus de Runco iuratus dixit idem quod superior per omnia; & de testibus, & de tempore, & de aliis. interrogatus idem respondit, quod superior. Et dixit quod etiam Ugo Mazale erat ibi.

Iterrogatus si plus sciret, & de aliis capitibus respondit; nescio plus.

Peregrinus de montagnana iuratus dixit idem quod Ugo Mazale, & idem respondit de tempore & de loco & de presentibus. Et tantum plus dixit; quod Ugo de Gardola, & Trusaldus de minervis, & predictus Ugo, & Iohannes longus, & alii multi ibi fuerunt. Interrogatus si plus scit, & de pluribus aliis capitibus, respondit; nescio plus.

Actum in Padua, in palatio Episcopi; quia consules ibi inventi fuere pro consilio faciendo

Ego Paschalis imperialis aule tabellio rogatus interfui, & predictos testes iussu ipsorum consulum audivi, & eorum dicta scripsi, secundum quod intellexi.

Li suddetti costituti raccolti furono per una causa contro l' Abate di Santa Giustina di Padova. E chi curioso fosse di sapere il perchè furono i testimonj esaminati, incontrino il Documento colle notizie, che il Cavacio ha all' anno 1129. delle Storie di Santa Giustina di Padova; e col testamento del Marchese Alberto ch' è nel Margarino sotto l' anno 1135.

XVI.

XVI.

Ex Rotulo apud Marchionem Scipionem Maphejum.

Die Mercurii qui fuit duodecimus intrante mense Februarii in Civitate Verona sub Domo Mercati in Concione, in presentia Wilhelmi de Castelnovo, Gerardi de Bricio, Fatolini notarii, Ioannis de Platea Maiori, Arduini Blanci de Waldrigo, Cittadini Taurello, Bonecause de Roberto, Bonefacini Benenati de Cimistango, Scudelete Alioti, & Daverdelli, atque Ubertini Viatorum, & aliorum plurium. Ibique in eorum presentia Dominus Iordaninus de Lunico Causidicus, & Consul Verone, consensu suorum Sociorum Consulum, scilicet Domini Balzanelli Malaboti, Bernardini de Spicianis, Alberti de Engoblerio, Tebaldini Domini Turisendi, Asinelli Aldionis Nuiti, Nicolai Enrici Balbi, & consensu Procuratorum, scilicet Sichensfredi, Warnerii, Bruni, Albertini de Scalis, qui omnes erant presentes; concionando dixit, Nos omnia illa Banna, que Dominus Balzanellus, cum consensu olim suorum Sociorum Consulum miserunt super Homines de Sablono, & omnia illa Banna, que illi Domini de Sancto Georgio miserunt, & mittent in illa Terra de Sablono, & super Homines illius Terre posuerunt, vel ponent firmum habemus, & firma teneri precipimus. In qua Carta à me ipso Alberto notario perlecta continebatur sic dicens. Dominus Balzanellus Consul Verone, consensu, & voluntate suorum Sociorum Consulum, Scilicet Bonefacini Domini Benzonis, ac Marci de Castello, Magistri Bonifacii, Widonis de Runco, concionando dixit: Nos cum Consilio Sapientum Consilii nostre Civitatis mittimus Banna super omnes personas habitantes in Sablono, mittimus XXV. libras Veronenses pro unaquaque persona, quod nullus sit ausus accipere in Domo sua Feminam de Masnada pro Uxore, vel alicui de Domo sua dare in Uxorem, vel alicui de ipsa terra adiutorium, vel consilium dare, ut Feminam de Masnada suscipiat in Uxorem sub iam dicta pena XXV. librarum Veronensium, neque Domum, vel Edificium de Batalla contra morem illius Terre Sabloni, neque contra voluntatem Dominorum de Sancto Georgio in illa Terra Sabloni edificare, vel edificari facere sub pena XXV. librarum Veronensium pro unoquoque, qui contra hoc fecerit, & pro omni vice. Banna verò, que Domini, & Fratres Beati Georgii in Braida super iam dictis rebus posuerunt, vel ponent, usque ad XXV. libras Veronenses, vel inde superius quousque accrescere voluerint, vel super aliis rebus ad eorum voluntatem

posue-

posuerint, pro Communi Veronæ confirmamus, & firmum teneri precipimus.

Factum est hoc Anno Domini Millesimo Centesimo octuagesimo nono. Indictione septima.

Ego Albertus Domini Imperatoris notarius intersui, & hanc Cartam scripsi.

X V I I.

Ex Archivio Monasterij Sanctorum Nazarij, & Celsi Veronæ.

In Nomine Domini Dei Eterni anno a nativitate Domini nostri Iesu Cristi Millesimo ducentesimo septimo Indictione decima die Iovis ultima exeunte Octobri in Verona in Episcopali Palatio in presencia Domnorum Bonisenioris, & Alberti Canonicorum Veronensis Ecclesie, Presbyteri Gogi Ecclesie Sancti Stephani, Presbyteri Wicomani Monasterii Sancti Nazarii, Presbyteri Calvi Sancte Anastasie, Tosabecchi notarii, Petri notarii, & aliorum.

Ibique D. Opizo Abbas Monasterii Sancti Nazarii rogavit Dominum Adelardum Dei Gratia Sancte Romane Ecclesie Cardinalem Venerabilem Veronensem Episcopum, quatenus die Dominico proxime venienti debeat consecrare Ecclesiam Sancte Felicitatis de Civitate Verona Capellam suprascripti Monasterii; Et suprascriptus Dominus Episcopus dixit suprascripto Dño Abbati: Bene faciemus. Ite, & parate ea, que sunt necessaria illi Ecclesie.

Item die Sabbati secundo intrante Novembri in Verona in suprascripta Ecclesia Sancte Felicitatis, in presentia Domini Venture, Domini Ruzerii, Domini Henrici, Domini Widonis, Presbyteri Wicomani Monachorum, & Fratrum suprascripti Monasterii, Presbyteri Bonitemporis eiusdem Ecclesie Sancte Felicitatis, Presbyteri Calvi Sancte Anastasie, & aliorum plurium

Ibique suprascriptus Dominus Abbas ordinavit, & posuit Cassetam cum Reliquiis Sanctorum, & Sanctarum in Craticula, & fecit portare suprascriptam Craticulam cum Reliquiis foras de illa Ecclesia Sancte Felicitatis ad Pavalionem in Curte ubi quondam fuit Palacium, & ibi sub illo Pavallione suprascriptus Dominus Abbas cum suis Monachis, & Clericis, & cum aliis Clericis cantavit Vesperum, & ordinavit suprascriptus Dominus Abbas, quod ibi suprascripte Reliquie deberent vigilari usque mane.

Item die Dominico tertio intrante Novembri in Verona in Ora supra-

prascripte Ecclesie Sancte Felicitatis in presentia suprascripti Domini Abbatis suprascripti Monasterii, Domini Venture, Domini Isnardi, Domini Ruzerii, Domini Prisale, Domini Widonis, Domini Venturelle, Domini Blasmatorti Monachorum prefati Monasterii, Presbyteri Wicomani, & Fratris eiusdem Monasterii, Domini Lanfranchi Archipresbyteri Congregationis Intrinsece Verone, Magistrorum Castellani, & Peregrini, & Azonis, atque Anzuini, & Alberti atque Mathei, Domini Alberti Archipresbyteri Plebis Ripeclarie, Domini Gabrielis Monachi Monasterii Sancti Firmi, Presbyteri Nigriboni Ecclesiæ Sancti Petri de Castro Verone, Presbyteri Calvi Ecclesie Sancte Anastasie, Presbyteri Mathei Sancte Marie Antique, Presbyterorum Girardi, & Peregrini Ecclesie Sancte Marie in Clavega, & aliorum multorum. Ibique suprascriptus Dominus Episcopus presente suprascripto Domino Abbate, & administrante consecravit suprascriptam Ecclesiam Sancte Felicitatis de foris, & intus, & consecravit unum Altare in illa Ecclesia ad honorem Dei, & Sancte Felicitatis Martyris, in quo Altare suprascriptus Dominus Episcopus locavit Reliquias suprascripte Sancte Felicitatis, & suorum Sanctorum filiorum, scilicet Januarii, Felicis, Philippi, Silani, Alexandri, & Vitalis, atque Martialis; & Reliquias Sanctorum Martyrum Cosme, & Damiani, Firmi, & Rustici, & Sancti Proculi Episcopi, & Sancti Benedicti Abbatis, & cantavit Missam in suprascripta Ecclesia Sancte Felicitatis ad Altare illius Ecclesie, & predicavit Populo, & dixit omnibus personis, que hodie venerunt ad istam Ecclesiam Sancte Felicitatis, vel venerint hinc ad quindecim dies cum devotione per totum diem, & de suis delictis penitentiam acceperunt, vel acceperint hinc ad quindecim dies per totum diem, & de suis bonis isti Ecclesie nomine offersionis dederint, ex parte Dei Omnipotentis, & Sancte Felicitatis, ad honorem cuius Ecclesiam istam hodie consecravimus, & nostra facimus ei remissionem de Criminalibus delictis Annum unum, & quartam partem omnium venialium; Et semper omni anno omnibus personis que venerint ad suprascriptam Ecclesiam suprascripte Sancte Felicitatis in die Dominico, quod erit post festum dictorum Sanctorum, usque ad quindecimam illius Dominice per totum diem, & de suis bonis isti Ecclesie Sancte Felicitatis nomine offersionis dederint habeant suprascriptam remissionem; Et annuatim sit suprascripta remissio. Acta fuerunt hec in suprascriptis locis.

Ego Bonawita Domini Federici Romanorum Imperatoris notarius interfui, & hanc Chartulam rogatus scripsi.

XII.

XVIII.

Ex Autographo tabularii majoris Ecclesiæ Patavii.

Anno Domini Millesimo ducentesimo trigesimo secundo, indictione quinta, die undecimo exeunte iulio. Apud Monasterium Sancti Petri de Villa nova; in presentia magistri Bonifacii capellani Episcopi Veronensis, Bonezonte Clerici de Casalagono, Iacobi Clerici de Sancto Benedicto de Pulirone, & aliis. Auemus Clericus Dñi Iacobi Dei gratia Episcopi Paduani, ex parte Dñi Pape litteras bullatas Dño Iacobo Dei gratia Veronensi Episcopo hunc habentes tenorem representavit, & dedit: Gregorius Episcopus servus servorum Dei Venerabili fratri .. Episcopo Veronensi, & dilectis filiis .. priori Monasterii Muntis Crucis Paduane Diocesis, & .. Archidiacono Tervisino salutem, & Apostolicam benedictionem,

Cum causam, que inter venerabilem fratrem nostrum Paduanum Episcopum, & nobilem Virum T. de Campo Sancti Petri Paduane Diocesis, super possessionibus & rebus aliis vertitur, tibi, frater Episcope, ad peticionem partis unius, comisse dicamus, ut iudicium sine suspicione procedat, te filii prior ex officio nostro, & te filii Archidiacone; obtento partis alterius, decisioni eiusdem cause duximus adiungendos. datum Spoliti II. *non. iulii, Pontificatus nostri anno sexto.*

Ego Nicolaus, qui fui de Campis sacri palacii notarius, & ut superius legitur scripsi.

XIX.

Ex Autographo Tabularii suprascripti.

Anno Domini Millesimo Ducentesimo trigesimo secundo, indictione quinta, die undecimo exeunte iulio: apud Monasterium Sancti Petri de Villanova; in presentia Magistri Bonifacii Capellani Episcopi Veronensis, Bonezonte Clerici de Casalagono, Iacobi Clerici de Sancto Benedicto de Pulirone, & aliis. Auemus Clericus, & Procurator Dñi Iacobi dei gratia Paduani Episcopi stans coram Domino Iacobo Dei gratia Episcopo Veronensi dixit. Vos mandastis Domino Episcopo Paduano per litteras vestras sub pena excommunicacionis, quod non molestaret Dominum Tysonem de Campo Sancti Petri super possessionibus contentis in rescripto vobis transmisso coram Iudice seculari de

quo

quo non modice idem episcopus amiratur; cum in rescripto certe possessionis nullatenus exprimantur. Idcirco pro ipso Domino Episcopo a vobis de iamdicto gravamine, & precepto sedis Apostolice appellavit.

Ego Nicolaus qui fui de Campis Sacri palacii notarius intersui, & iussu dicti procuratoris scripsi.

X X.

Ex quodam Rotulo Membranaceo in Archivio Magnificæ Civitatis Veronæ C. 12. M. 1. n. 1.

Anno Domini Millesimo ducentesimo trigesimo nono Indictione duodecima. Sententia Serenissimi Dñi nostri Imperatoris. Die Lunæ tertiodecimo intrante mense Iunio in Verona ante Ecclesiam Beati Zenonis Confessoris in presentia Dominorum Thomaxii Comitis de Cereta, Thadei Iudicis Imperialis aule, Roberti de Casteione Aprilorum, Coni de Bxamonte, Eccelini de Romano. Bonifatii Comitis de Panico, Verloti de Detombertis de Pergamo tunc Iudicis Comunis Verone, Buzacarini de Castrorupto. Galvagni de Turisendis. Bonaventure de Dño Alberto de Marzio de Castello. Dominici de Ilaxyo, Benvenuti de Ilaxyo, atque Ubaldi de Pulice. Boni de Pitagna Causidici, Thebaldini de Clavica. Gordani Coloniensis. Archilicie de Venco Sartore. Gambani de Henrico Salaxesio. Constantini filii quondam Dñi Omneboni Cañ. Henrici de Biondio. Clarelli de Montecleda Notarii Testibus & aliis. Cum utriusque iuris pagina consiteatur, approbet & affirmet ut universi & singuli Romanorum subesse debeant Imperatori, qui temporali gladio totius Orbis obtinere meruit Monarchiam, & etiam tamquam membra capiti Filii Patri humiles servi Domino in cunctis obedire fideliter & devote dignum est & consentaneum rationi, ut quod abiecto devotionis & obedientie iugo alicuius contumacis vel rebellionis instinctu contra Imperium cervices suas in fastum presumunt extollere in detrimentum Corone prodictorie conspirantes, & rigoris sententiam, & subsecutionem sentiant; Ita quod ipsi de scelerosa presuntione perenni penitentia, & dolore in finem belli torqueant & ceteris terror perpetuus incuriatur consimilia presumendi. Sane Serenissimus Princeps Noster Federicus Dei Gratia Romanorum Imperator semper Augustus. Ierusalem & Sicilie Rex equitatis & iustitie zelo ductus in concione pubblica eius precepto ad sonum Campane, & vocem Preconum coadunata ibidem per eos Domini Petri de Vinea Iudicis Imperialis aule

in Azzonem Marchionem Hestensem, Linationem Comitem Vincentie, Petrum Comitem de Montebello, Rizardum Comitem Sancti Bonifatii, atque Ugotionem de Pillio & universos & singulos infrascriptos eorumque filios & sequaces eo Domino Imperatore semper ibidem astante, & iubente talem indixit sententiam. Qui Dominus Petrus de Vinea sedens super equum iussu Dicti Domini Imperatoris sic dixit alta voce imperare fecit Azonem Novellum Marchionem Hestensem, Linationem Comitem Vincentie, Petrum Comitem de Montebello, Rizardum Comitem Sancti Bonifatii, Ugotionem de Pillio, & filios eorumdem. Pecorarium de Mercato novo & eius filios. Bonacursium & Henricum de Monzambano fratres & suos filios. Danesium de Monzambano & Rigeiolum Barufaldum & socium eius filios, & filios eorumdem. Balzanellum Frescanovellam & suos filios. Riprandum de Hugo, & Bonsanctum & Marcolum eius filios, & filios eorumdem. Albertum de Castronovo & suos filios. Mucium de Castronovo & suos filios. Albertum Crucifixum & suos filios. Constantinum & Isnardinum fratres filios quondam Alcardini de Capite pontis & suos filios. Marchesium & Bartholomeum de Bonaguisis & suos filios. Guillielmum, Guidonem, Trescum, Gerardum, atque Henricum fratres filios quondam Domini Malladalpelle, & filios eorumdem. Nicolaum de Locio & suos filios. Guillielmum de Cellis & suos filios. Valerianum de Mancino & suos filios. Robertum & Guillielmum fratres filios quondam Conradini de Basta de Orto & suos filios. Bonifacium Boccafalsam. Bartholomeum de Guantis de Cereta, & suos filios. Gillium de Garimbertis de Cereta & suos filios. Isnardinum de Lendenaria quondam de Domino Albrico & suos filios. Manuellum de Lendenaria & suos filios. Rodulfum de Lendenaria & Crosmum & Bernardinum eius filios, & filios eorumdem. Rizardum & Albertinum fratres filios quondam Folcolini maioris de Lendenaria & suos filios. Albertinum & Ubertinum fratres filios quondam Folcolini de Lendenaria & suos filios. Antonium ...... filios quondam Domini Guillielmi de Lendenaria & suos filios. Bragnum quondam Domini Bonacursii de Bonadomano & suos filios. Guillielmum qui dicitur Bocaleca & Isnardinum quondam Domini Bazallerii de Sumaripa & suos filios. Crescentium de Passapareto, & suos filios. Bonzenum Brutamassaram de Crescentionibus & suos filios. Filios quondam Clarimbaldi de Albareto de Crescentionibus & filios eorumdem. Filios quondam Alberti de Bugerini de Albareto, & filios eorumdem. Monferarium de Castroveteri de Crescentionibus & filios eorumdem. Thebaldum Bonzenellum de Crescentionibus & eius filium. Millebrachi & suos filios. Turisendum de Ussonico & suos filios. Zacolam de Brentino & suos filios. Danielem de Scanarolis, Iohannem de Scanarolis,

&

& suos filios. Delavitum Notarium Comitis Sancti Bonifatii. Icerinum Notarium filium quondam Bonzanini de Mercato novo. Insulanum & Cavalcasellam fratres de Insulo Verone & filios. Advocacinum de Villapicta, & suos filios. Filippum de Grego de Moratica & suos filios. Cucbellum de Petro fixo & suos filios. Bonavantium & Guisalbertum de Cavazanis & suos filios. Iobannem de Monciolo. Bonaventuram & Dyonisium fratres filios quondam Maraboti de Castello & suos filios. Iacobum Rubinum. Bonaventuram & Bonazuntam fratres filios quondam Domini Ecerini de Musto & suos filios. Zavarisium de Viccecomitibus, & Federicum eius filium, & suos filios. Princivallum de Capris & suos filios. Paganotum de Tosexatis de Roncbo & suos filios. Egualum de Brenola, & suos filios. Guascum Cañ. de Ylaxio & eius filium, & Choldum & Nepotem & filios eorumdem. Salandinum de Ylaxio cum filiis. Dexideratum de Magnanis de Ylaxio. Nicolaum Henricum Notarium civilem de Tuncianis de Ylaxio. Thomeum de Dino de Ylaxio. Ghoianum cum filiis de Ylaxio. Ioannem de Plaza de Ylaxio. Lanfrancum de Presbytero de Ylaxio. Ierardum de Domina Comitissa cum filiis. Litefredum quondam Xonchi. Albrigetum Notarium de Pasqueto. Ugonem de Marchesio cum filiis. Bonafeminam filium Stanse de Ylaxio. Bonaventuram de Domina Vita. Balzam de Ottonello de Buga. Bernardum Notarium de Sancto Petro Incariano. Quoniam omnes predicti renuerunt preceptis Imperialibus obedire, & conspirantes contra honorem Imperii eidem invicem & contrarii pluries extiterunt. Citati coram eiusdem presentia comparere contumaciter recusantes perpetuo banno Imperii tamquam proditores Corone precipimus subiacere ut eorum Vassallos, & servos a mandatis Imperiallibus se obtulerint parituros, cuiuslibet fidelitatis & servitutis nodo quo eius tenerentur, omnino absolvimus, ut eis de cetero nullius fidelitatis, vel conditionis vinculo sint adstricti, ac ipsos proditores eorumque filios & sequaces atque universos qui potestatis & Comuni Verone non parent preceptis & extra Civitatem Verone morantur ad sententiam faciendam Comunitati & intrinsecis de Verona. Omni honore, omni dominio, omniaque iurisdictione quam obtinerent, vel obtinuerint ab imperio, sive ab aliis qui spectarent ad Imperium, privamus & penitus spoliamus ac cuncta eorum bona, & possessiones ubicumque fuerint que a Dominis tenent in eos Dominos reverti precipimus & que ab Imperio; Imperiali Camere confiscamus, ita ut nullum de cetero possit habere regressum, nisi hinc ad octo dies proximos veniant preceptis imperialibus & suorum Nuntiorum obediri parati ubicumque Imperialis Magestas, vel eius Nuncii aderunt in tota Monarchia, vel etiam Lombardia. Et

quod presens sententia ex nunc robur suscipiat firmitatis contra universos & singulos qui perseverantes in tantam contumaciam hinc ad prefixum terminum non venerint mausituri. Insuper universa Castra, Villas, loca, ac municipia que Guerram fecerunt seu faciunt Comuni Verone & Intrinsecis de Verona, sive sint Comunia, sive privata, & universos homines qui occasione faciendi Guerram habitant in iisdem, iudicamus & precipimus idem per omnia ut superius de ceteris est expressum. Ad hec statuimus quod a prefixo termino in antea nullus presumat tractare, ordinare seu attemptare treguam, pacem, compositionem vel aliud certamentum cum predictis bannitis Lombardis seu cum aliis inimicis Imperii absque ipsius Imperatoris & suorum Nunciorum licentia nec mandatos nec cum eis colloquium facere, nec ipsius litteras, vel Nuncios destinare. Si quis autem contra hoc generale edictum ausu temerario attemptare presumpserit, perpetuo Imperii banno subiaceat, eiusque bonis in Comuni Verone publicatis tamquam proditor Corone personaliter puniatur. Ad maiorem autem huius rei firmitatem Imperatorie placuit magestati ut specialis & universa Comunitas Veronensis habuit generali statuto aquiescerent, & de habendo ratum prestarent iuratoriam cautelam. Et Dom. Eccelinus de Romano de voluntate omnium & rogatu iuravit supra eorum animas, quod ipsi observabunt inviolabiliter in omnibus & per omnia secundum quod superius continetur, & quod de cetero non presument aliquatenus contraire. Sancivit etiam Imperialis Serenitas quod universi & singuli de Civitate Verone corporaliter iurare debeant consimile Sacramentum, & plenam licentiam contulit atque precepit cuilibet Tabelioni qui adesset ibidem ut de universis & singulis predictis conficere possit publicum Instrumentum, & plurima Instrumenta.

Ego Iacobus Notarius Domini Bonafidei de Berlenzonis Imperiali auctoritate Notarius Breviaturam sive rogationem suprascriptam vivam non cancellatam nec abolitam in aliqua parte sui repertam in Imbreviaturis quondam Ultramarini quondam Conradi Notarii infrascripti in quodam quaterno inter alias coram infrascripto Iudice Consule appontatam, visam & lectam vidi & legi, & cum infrascripto Leone Notario de verbo ad verbum diligenter ausculitavi nihil addens, minuens, vel imminuens quod sensum vel sententiam mutet in aliqua parte sui, & ut in ea continebatur ita superius veraciter legitur & habetur, & ex commissione, iussione & auctoritate infrascripti Iudicis Consulis in Regimine Potestatis infrascripti mihi & infrascripto Leoni Notario die, loco present. Millesimo & indictione infrascriptis ad petitionem infrascripti Domini Ubaldi procuratorio nomine

mine infrascripto pro ut inferius per suprascriptum Leonem Notarium scriptum est bona fide sine fraude me subscripsi, meumque signum Notariatus ad evidentiam plenariam apposui consuetum.

Ego Leo quondam Domini Oradii Notarii de Sancto Georgio Imperiali autoritate Notarius Breviaturam sive taxationem suprascriptam vivam & non cancellatam nec abolitam in aliqua parte sua repertam in Imbreviaturis quondam Ultramarini quondam Conradi Notarii in quodam quaterno inter alios coram infrascripto Iudice Consule Comunis Verone appontatam, visam, & lectam vidi & legi, & cum suprascripto Iacobo Notario de verbo ad verbum inter auscultа nihil addens, minuens, vel immutans quod sensum vel sententiam mutet in aliqua parte sui & ut in ea continebatur ita superius veraciter legitur & habetur, & ex commissione, iussione, & auctoritate Dñi Bonaventure Dñi Altereberii Iudicis Consulis Communis Verone in Regimine Nobilis Dñi Simeonis Dñi Engelfredi de Padua Potestatis Verone mihi & suprascripto Iacobo Notario factis die Iovis duodecimo Ianuarii in Palatio Comunis Verone presentibus Galvano Dñi Michaelis de Falcodato de Ferrabobus, Iacobo de Magistro Federico Sartore de Guaita Pigne, & Gotofredo quondam Dñi Alberti de Insulo infra omnibus testibus & aliis in millesimo trecentesimo septimo Indictione quinta. Qui Iudex Consul iuxta suam & Communis Verone auctoritatem dicte sententie pronunciate & relevate, & in publicam formam redacte ex tunc interposuit pariter & decretum laudans, approbans, & insinuans eandem in omnibus ut vires obtineat & perpetuam habeat firmitatem, & per ipsam fidem & probatio indicatur in Iudicio & extra quemadmodum suum autenticum & originale scriptum manu per Ultremarinum predictum ad petitionem Dñi Ubaldi Notarii de pontepetre Procuratoris Nobilis Viri Dñi Federici de la Scala rogati pro ut iam itidem Ita hic transcribendi per ordinem fideliter exemplavi, scripsi, & in publicam formam redegi, meumque signum Notarie ad evidentiam plenariam superius apposui consuetum.

XXI.

XXI.

Ex Archivio Monialium Sanctæ Mariæ Virginis de Campo Martio.

In Dei nomine amen. Nobilis vir Albertus filius quondam Domini Bonifacii de Moratica eger corpore, tamen sanus mente ne de Bonis suis post mortem ipsius materia scandali oriatur hoc testamentum per nuncupationem sive scriptis facere procuravit. In primis quidem pro anima sua ducentas libras Veronenses minutorum reliquit expendendas per Dominam Constantiam matrem suam hoc modo. Videlicet quolibet anno viginti quinque libras usque ad quantitatem predictarum ducentarum librarum sicut sibi melius & utilius videbitur pro anima sua. Item vult & mandat quod omnia male ablata de quibus ipse & predecessores sui tenentur & de quibus plene constaret de iure debere restitui restituatur. Et precipue ista de quibus recordatur videlicet due Campane que fuerunt Ecclesie Sancti Stefani de Insula (a) *& que valuerunt usque ad octuaginta libras. Item triginta tres libras Floravello de Bumbazolo districtus Mantue, cui Bertramus de Lanzamane eas abstulerat & ipse Albertus abstulerat eas ipsi Bertramo. Adque omnia & singula facienda & peragenda de bonis suis predictam Dñam Constantiam matrem suam fidei comissariam instituit & ordinavit, cui dedit licentiam & liberam potestatem constituendi Procuratorem seu Procuratores ad faciendum predicta omnia loco sui si ipsa per se facere premissa non posset, seu committendi cuicumque persone voluerit vices suas. Et si dicta mater sua nollet se de hiis intromittere vel decederet ut alii non committeret vices suas vult & mandat quod omnia distribuantur & fiant per Guardianum Fratrum minorum Veronensium de consensu sui Conventus qui possit constituere procuratorem ad faciendum predicta omnia quemadmodum poterat mater sua. Et si dicti Guardianus & Conventus nollent se de hiis intromittere vult & mandat quod omnia fiant*

(a) La terra, che fu poi detta Isola della Scala, un tempo l'Isola de' Conti appellavasi, ma in questo Testamento Isola soltanto è detta, essendo tale costituita dal Tartaro e Piganzo fiumi Veronesi. Fu detta della Scala perchè da quella Famiglia fu poscia tutta, o quasi tutta posseduta, avendosi alla pag. 151. del I. Volume delle Cronache del Zagata, che colà intorno pe' terreni possedea.

fiant per Dñum Episcopum Veronensem qui possit similiter facere & constituere procuratorem ut superius est expressum. Item Gabuardo homini suo plenam libertatem reliquit & eum absolutum & liberum esse voluit. Item reliquit eidem Gabuardo quindecim campos terre de Bonserario de Brais exterius. De quibus campis terre sit Vassallus suorum heredum. (b) *Item Dñe Aylee Uxori sue quadringentas libras Veronenses minutorum ultra dotem reliquit de quibus vult & mandat quod de fructibus bonorum suorum centum libras habeat annuatim usque ad summàm predictam. Primo restitutis male ablatis, & quod pro eius anima satisfactum sit iuxta modum & formam superius annotatam. Item voluit & mandavit quod tam diu habere debeat vitum & vestitum de bonis suis quam diu cum Constantia filia eius in domo sua honeste stare voluerit. De quibus vult eam esse tacitam & contentam & nihil amplius in bonis suis petere possit. Et si contrafecerit sit expera dicti Relicti. Item reliquit iure legati Domino Bartholomeo de Palatio avunculo suo totum podere seu mansum quod habet & habere debet in Trezolanum, dans ei licentiam & potestatem aprehendendi tenutam dicti poderis seu mansi post mortem ipsius Alberti sua autoritate. Item reliquit eidem Dño Bartholomeo Castrum Moratice situm in Diocesi Veronensi cum iuribus, iurisdictionibus, pertinentiis, possessionibus & omnibus aliis ad dictum Castrum spectantibus, in quo & quibus eumdem Dñum Bartholomeum sibi heredem instituit. In aliis vero omnibus bonis suis mobilibus & immobilibus, iuribus & actionibus Constantiam filiam suam impuberem sibi heredem instituit, cui Constantie filie sue Dñum Bartholomeum de Palatio tutorem constituit atque fecit & voluit, & iussit volens ipsi filie sue providere quod ipsa debeat se regere & maritare cum consilio & voluntate ipsius Dñi Bartholomei, & non aliter adimendo ei potestatem alienandi concedendi vel in dotem dandi alicui de bonis suis absque consilio & expressa voluntate ipsius Dñi Bartholomei, & si contra fecerit ex nunc vult ipsam dationem non teneri & eam expresse revocavit. Et de bonis suis centum solidos ei pro Falcidia reliquit. Et in eis sibi heredem instituit & vult eam esse tacitam & contentam. In aliis suis bonis residuis pauperes Christi sibi heredes instituit. Salvo quod si dicta filia sua velit intrare Monasterium & in eo morari & monasticam vitam ellegerit, possit habere & habeat omnia bona sua & hereditatem ut dictum est. Ita tamen quod si dicta*

(b) Vassali essere non poteàno i Servi, perciò il Testatore dona prima a Gabuardo la libertà, poi lo costituisce Vassallo degli Eredi suoi.

Constantia filia sua decesserit sine filiis ex ea natis in pupillari etate vel quandocumque matre exclusa & qualibet alia persona Dñum Bartholomeum de Palatio sibi substituit. Et hec est ultima sua voluntas seu testamentum quod si non valeret iure testamenti, saltem valeat iure codicillorum & cuiuslibet ultime voluntatis. Cassando & irritando omne aliud testamentum, dispositionem & ultimam voluntatem, donationem & codicillum quod & quam appareret eum fecisse que omnia & singula expressim revocavit & noluit quod in se obtinerent robur alicuius firmitatis, sed vult quod presens testamentum scriptum manu mea Ricardi de Asculo Notarii infrascripti firmitatem habeat & vigorem.

Actum in Ducatu in Civitate Fulginea in domo Bonconforti in qua quidem domo lectum & publicatum fuit hoc testamentum Millesimo cclxvii Indictione decima tempore Dñi Clementis PP. IV. die Jovis XXIII. Iunii presentibus Fratre Guilielmo de Fulginea. Fratre Francisco loci eiusdem. Fratre Michele de Heugubio. Fratre Iohanne de Sepexano. Fratre Marcho de Asisio, & Fratre Iacobo de Asisio de Ordine Fratrum Minorum. Dño Bartholomeo de Rapis de Cremona & Bonconforto Salinbene de Fulgineo testibus ad hoc specialiter vocatis & rogatis a dicto Testatore.

Et ego Ricardus de Asculo Sancte Romane Ecclesie autoritate Notarius omnibus predictis interfui & rogatus a dicto Testatore scribens subscripsi & publicavi.

Ego Iohannes quondam Dñi Philippi Dñi Federici Imperatoris Notarius Autenticum hujus exempli vidi & legi & una cum Dño Bonaventura Notario infrascripto de verbo ad verbum diligenter auscultavi & ut in eo continebatur, ita & in hoc legitur exemplo. Et de mandato Dñi Delavantii de Berica de Vincentia Iudicis Comunis Verone in tertio Regimine (a) *Dñi Andali de Andalois de Bononia Potestati mihi notario scripto die Iovis undecimo intrantis Ianuarius in Palatio Comunis Verone presentibus Dñis Yuano notario de Berigo. Bono Notario quondam Vitaelini de Insulo Veronensis, Bonaventure Notario de Dunziri de omnibus Sanctis. Bonaventura Notario de Mirabello de Sancta Cruce & Tadeo Notario de Bursattis testibus & aliis in Millesimo ducentesimo septuagesimo quarto. Indictione secunda ad postulatum Dñi Fratris Gabrielis Sindici, Collegii & Capituli Sancte Marie Sororum minorum de Campomarcio sindicario nomine pro ipso Collegio & Capitulo ad maiorem & ad perpetuam firmitatem me subscripsi.*

XXII.

(a) Cotesto Andalo fu create Podestà nel 1272., e fu confermato anche per gli anni 1273 e 1274., lo che qui è confermato dicendosi che del 1274. era il terzo suo Reggimento.

XXII.

Ex Archivio DD. Canonicorum Veronæ.

In nomine Domini millesimo ducentesimo octuagesimo sexto indictione quartadecima die iovis undecimo iulii in Guaita S. Nazarii Suburbii Civitatis Verone in Contracta Porte Episcopi de Verona in Ecclesia S. Sepulcri mansionis domus S. Sepulcri Hospitalis S. Ioannis Ierosolimitani. presentibus Dño Fratre Gerardo de Gregnana humili priore Pisarum pro dicto Hospitale ierosolimitano, Fratre Nicolao de Reggio preceptore domus mansionis S. Sepulcri, Donino filio dñi iohannis Sigisfredi de Burgo Sancti Donini, Prenzivalo q. dñi Bernardi de Gregnano, Donino q. dñi Boni de Pantiatis de Saxio, & Guilielmo, cui Beganus dicitur filius q. Begani de Costa mezaria testibus ad hec specialiter convocatis, & rogatis, & aliis. Ibique provida, & discreta mulier dña Benaxuta filia q. dñi Bonencontri a Campo veniens ad presentiam dñi fratris Engerami de Greguano Hospitalis S. Iohannis ierosolimitani Venerabilis Prioris Venetiarum, & Rome suplicavit eidem, ut ipsa in suam, & dicti Hospitalis Consororem, & confratrem recipere dignaretur. Que dña Benaxuta tenens manus extensas in libro quem idem dñus Prior tenebat in gremio promisit, & iuravit quod nunquam tractabit, vel comittet, seu erit in consilio vel consensu ubi tractetur dapnum, detrimentum, vel iniuriam Hospitalis predicti, Fratrum, & rerum ipsius, imo si sciret, quod per aliquem, seu aliquos tractaretur suo posse prohibere curabit, & si prohibere non poterit faciet, quod citius poterit per se vel interpositam personam ad dicti dñi Prioris, vel alicui Fratrum suorum notitiam pervenire. Promisit etiam se defensuram, & protecturam dictum Hospitale, Fratres, & bona ipsius Hospitalis ubique contra omnes personas preter quam contra illos de sua parentela, dominum si quem habet, & suum Commune. Attendens itaque prefatus dominus prior grata, & acceptata obsequia que idem domina Benaxuta huc usque dicto Hospitali, & Fratribus contulit incessanter, & considerans quod eius industria erit deinceps toti ordini dante Domino multipliciter fructuosa, eandem de consilio dictorum fratrum suorum in suam, & dicti Hospitalis veram, & legittimam Consortem, & Confratrem domesticam, & familiarem recepit, & animam ipsius, Parentumque suorum faciendo eam participem omnium bonorum Spiritualium que facta sunt a principio, & fient usque in finem in Sanctis Domibus Hospitalis per universum orbem, promisit etiam ipsam, iura & bona ipsius ubi-

ubique salvare, adiuvare, & defendere contra omnes personas, & insuper promittens dictus dominus Prior dicte domine dare, & tribuere suum, & dicti Hospitalis auxilium, subsidium, & iuvamen, & omnium Fratrum suorum, si aliquo tempore, quod Deus advertat, in necessitate acciderit paupertatis.

Et ad predictarum rerum evidentiam dictus dominus Prior presens instrumentum fecit sui sigilli munimine roborari, & panem, & aquam secundum consuetudinem Hospitalis.

Actum in Burgo Verone in Ecclesia Sancti Sepulcri Hospitalis predicti.

Ego Bernardus Valli notarius sacri Palacii his omnibus interfui, audivi, & rogatus scripsi, &c.

Ci è piacciuto registrar anche questo Documento a disinganno di chi tiene che la Chiesa (nel Breve di Alessandro III. del 1177., impresso alla pag. 539. del secondo Libro delle Notizie di nostre Chiese) detta di S. Paolo in Borgo, non sia quella che fu poi detta di S. Paolo di Campo Marzio; essendo chiaro che se la Chiesa del S. Sepolcro, detta di S. Toscana, era nel Borgo di Verona, eravi eziandio quella di S. Paolo sopraddetta.

XXIII.

Ex Archivio Monasterij Sanctorum Nazarij, & Celsi Veronæ.

In Nomine Domini Dei Eterni Anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Xpti: Millesimo trigesimo quinto regnante Chunradus gratia Dei Imperator Augustus Deo propitio hic in Italia Anno octavo feliciter quinto Kalendas Mensis Februarii Indictione quarta. Sic in Dei Nomine placuit, atque bona convenit inter Dominus Mauro Ven. Abbas Ecclesiam, & Monasterium Beatissimi Sancti Nazarii, & Eccelsi, & Beate Iuliane Virginis sito foris Urbium Veronensis Custos ipsius Ecclesia & Monasterio, nec non & inter Martino filio quondam Gisemperto, qui Masso vocabatur de Castro Monte Tauri, modo habitator in Castro Veronensis, ut in Dei nomine ambe in r se talem Comutationem facere deberent, quod ita fecerunt, &c.

Reliquis ommissis brevitatis gratia.

XXIV.

XXIV.

Ex Archetypis apud D. Johannem Brunatum Patavinum.

Nos Cansignorius de la Scala Verone &c. imperialis vicarius generalis, tenore presentium concedimus ac liberam licentiam exibemus Rolando quondam domini Omneboni de Talfinis, quod libere & secure venire possit ad civitatem nostram Verone, in eaque stare & inde recedere ad sui libitum; non obstantibus aliquibus causis contra eum oppositis vel que opponi possent quacumque ratione vel causa: a quibus omnibus ipsum in ere & persona affidamus & affidatum esse volumus & mandamus. Data Verone die veneris vigesimo secundo iulii MCCCLXXIII. indictione XI.

XXV.

Ex Archivio Ecclesiæ S. Stephani Veronæ.

Il P. D. Giuseppe Bianchini, allorchè era Canonico di questa nostra Cattedrale, avendo rinvenuto nel predetto Archivio questo Documento dall'umidità guasto di sorte, che non lo ha potuto perfettamente rilevare; però dacchè nel Libro intitolato *SS. Episcoporum Veron. antiqua Monumenta* ne sta una parte interamente impressa, mediante questa in diverso carattere qui si supplisce.

In Ecclesia S. Stephani de Verona hec specialia corpora * *Sanctorum requiescunt in pace*

Primo corpus S. Felicis Episcopi Verone in altari maiori.

Item corpus Petronij Senatoris Gaudencij Probi & * *Andronici in arca posita post ipsum altare.*

Item corpora Innocentij & Gaudencij in arca altaris * *S. Andree Apostoli.*

Item in altari & arca Sanctorum septem fratrum corpora * *Salvini & Manij Episcoporum Veron.*

Item ab aqua sancta iuxta colupnam corpus Moderati * *Episcopi Veron.*

Item a capite arce Placidie * *versus sero corpus S. Simplicii Episcopi Veron.*

Item in Confessione * *ipsius Ecclesie corpus S. Alexandri Episcopi Veron.*

Item in eadem * *confessione in altare S. Blasij corpus S. Blasij Episcopi Veron.*

Item in * *altari S. Mauri Episcopi Veron. corpus eius.*

Item in * *ipso altari corpus S. Ioannis Episcopi Veron.*

Item * *sub arca & altari omnium Sanctorum multorum corpora Sactorum & specialiter quadraginta martyrum* Christi & quatuor corpora Innocentium.

Item corpus Sancte Placidie virginis in arca eius.

Item iacent in dicta Ecclesia corpora Sanctorum Episcoporum Veronensium Lucidij Dimidriani Servuli Vindemialis (a) & Lupi.

Quel che segue quì appresso manca nel citato Libro del Valerio.

Indulgentie vero que apparent pro privilegia in prenotata Ecclesia sunt .... unius anni in festo Sancti Stephani & per octavam, & unius anni & LX dierum .... per octavam. Item unius anni criminum & quarte partis venialium in festo per octavam ut supra, ... Item .... Item .... in festo & per octavam ut supra. Item unius anni .... bus & quinte partis venialium in festo consecrationis Ecclesie Sancti Stephani .... est die penultimo decembris. Item quatuor annorum & quatuor quadragenarum & .... indulgentiam festi Sancti Stephani & consecrationis eiusdem Ecclesie. Item .... & per octavam. Item viginti dies de criminibus & tertie partis venialium .... Item centum LX dierum in festo Sancti Manii & per octavam. Item .... in festo Sancte Placidie & per octavam. Item centum quadraginta dies .... Sancte Placidie & per octavam. Summa est in totum an .... dierum preter partes criminum & venialium ut supra .... Deo gratias amen.

XXVI.

(a) Nel suaccennato Libro del Cardinal Valerio tra i nomi di S. Vindemiale e di S. Lupo si legge anche quello di S. Saturnino; ma nel Documento alcun vacuo non si ravvisa. Forse il nome di questo Santo seguiva immediatamente dopo quello di S. Servulo.

XXVI.

Il ſeguente Catalogo ſi ſta regiſtrato in un Codice miſcellaneo nella Libreria Zenoniana; il quale, e dal carattere, e da una ſerie d'Imperatori che vi è, non ſi crede più recente del 1440., terminando con Federico III. di queſto nome: in eſſo Codice ſi legge così

Infraſcripti SS. Epiſcopi Almæ Civitatis Veronæ Canonizati.

1. *S. Euprepius & confeſſor primus, & miſſus a S. Petro Apoſtolo, cuius corpus requieſcit in Eccleſia S. Proculi Veronæ 21. Aug.*
2. *S. Chricinus requieſcit in præfata Eccleſia. 30. Decemb.*
3. *S. Agapius in ipſa Eccleſia ſupraſcripta inferius ad altare verſus Eccleſiam S. Zenonis 3. Auguſti.*
4. *S. Proculus Epiſcopus Veronæ 28. Martij.*
5. *S. Saturninus Epiſcopus Veronæ. 27. Aprilis.*
6. *S. Lucillus Epiſcopus Veronæ;* e da più moderna mano: *cuius corpus in Eccleſia S. Zenonis Maioris requieſcit. 31. octobris.*
7. *S. Dimidrianus Epiſcopus Veronæ. 15. Madij.*
8. *S. Zeno Epiſcopus Protector Civitatis. 12. Aprilis;* con queſta giunta d'altra mano: *moritur anno 301. cuius corpus requieſcit in ea.*
9. *S. Andronicus Epiſcopus Veronæ. 14. Novemb.*
10. *S. Senator Epiſcopus Veronæ. 7. Ianu.*
11. *S. Probus Epiſcopus Veronæ. 11. Ianu.*
12. *S. Rotaldus Epiſcopus Veronæ. 12. Febr.*
13. *S. Servuli Epiſcopi & Stanuli Epiſcopi. 26. Febr.*
14. *S. Vindemialis Epiſcopus Veronæ. 28. Febr.*
15. *S. Lupinianus Epiſcopus Veronæ. 22. Madij.*
16. *S. Lucidus Epiſcopus Veronæ. 26. Aprilis.*
17. *S. Innocentius Epiſcopus Veronæ. 14. Martij.*
18. *S. Alexander Epiſcopus Veronæ. 4. Iunij.*
19. *S. Ioannes Epiſcopus Veronæ. 6. Iunij.*
20. *S. Annonis Epiſcopi Veronæ. 23. Madij.*
21. *S. Blaſius Epiſcopus Veronæ. 23. Iulii.*
22. *S. Valentis Epiſcopi Veronæ. 26. Iulii.*
23. *S. Moderati Epiſcopi Veronæ 24. Aug.*
24. *S. Manini Epiſcopi Veronæ. 6. Sept.*

25. *S. Salvini Episcopi Veronæ*. 12. *Sept.*

26. *S. Petronij Episcopi Veronæ*. 15. *Sept.*

27. *S. Theodori Episcopi Veronæ*. 19. *Sept.*

28. *S. Verecundi Episcopi Veronæ*. 21. *Sept.*

29. *S. Simplicij Episcopi Veronæ*. 20. *Novemb.*

30. *S. Felicis Episcopi Veronæ*. 19. *Iulij*.

31. *S. Gaudencij Episcopi Veronæ*; e di altra mano: 12. *Februarij vel* 2. *Marcij*.

32. *S. Lupicini Episcopi Veronæ*; e di altra mano: *cuius corpus in Ecclesia S. Zenonis*. 22. *Madij*.

33. *S. Mauri Episcopi Veronæ*. 21. *Novemb.*

34. *S. Thebaldi Episcopi Veronæ*. 31. *Decemb.*

L' Autore di questo Catalogo o non fu Veronese, o, se lo era, non gli venne fatto di raccogliere da i Calendarj Veronesi il numero de' nostri Vescovi Santi compitamente. Ch' egli non ne fosse dirittamente informato sembra non lasci dubitarne il veder ch' ei non seppe che Lupicino e Lupiniano non furono due Vescovi, com' ei supponea, ma un solo: che a S. Manio dà il nome di Manino, mettendo in oltre il giorno natalizio di detto Santo addì 6. in vece di registrarlo alli 13. di Settembre: che insieme con S. Servulo registra un Vescovo Santo per nome Stanulo, e quai Santi i due Vescovi Rotaldo e Tebaldo per tali mai dalla Chiesa di Verona conosciuti; alcuni altri per lo contrario, dalla medesima Chiesa per di lei Santi Vescovi venerati, ommettendo.

XII.

Fragmentum vitæ, & translationis Sanctorum Episcoporum Euprepii, Cricini, Agapiti, & Proculi deprompttum ex quadam membrana pergamena Bibliothecæ Fratrum Ordinis S. Dominici Veronæ in Sancta Anastasia.

. . . . . *dauerat committens ipse rursum ad alias Gentes properabat. Quemque similiter ut in exordio apostolos diuinorum signorum comitabantur Effectus & spiritus Sancti gratia. Ita ut videres una allocutione integros simul populos ad cultum divinæ Religionis adduci: Et predicantis verbis non esse tardiorem audientium fidem. Hec itaque tantumodo de eo commemorasse sufficiat quoniam impossibile est nobis singula enumerare: Cum ea tamen commemorasse sufficiat quorum scri-*

ptis

ptis inserta ad nos usq. fidei monumenta venere : Verum si cui in animo esset annorum cursum scire quibus idem Proculus fuerit : Temporum à Galba qui Neroni successit ad Maximinum usq. sub quo laboravit computatione facta : Centum quadraginta quinque fluxis se comperiet : Quia à Christo duceni decem & septem fuere (a) . *Esset nunc opere pretium scribere quo tempore quibusve auctoribus tantorum presulum inventio facta : Ornata , & celebrata sit . Nisi longiorem contexere historiam viderer : Quedam tamen ut etiam ad posteros hec litteris illustrata deveniat subijcienda esse existimavi . Apud divi Zenonis Basilicam Beatissimi Proculi templum est vetustissimum Cryptam , & subterraneum specum continens : Cui venerabilem sacerdotem presbiterum Gotardum Bergomensem preesse novimus : Virum summa modestia religione & humanitate preditum : Is namque devotissimam contribulorum suorum Sodalitatem in eo constituit qui certis legibus & institutis divinis viventes aram in Virginis sanctissime laudem & gloriam in ipso erexere sacello , & menstruo stipendio eam non solum : Verum universum templum & restituere pro viribus conantur : Cumque Cryptam iam vetustate prolapsam instaurare & illustrare vellent aram unam que boream spectabat dimoventes offendisse arcam in qua corpora recondita esse videbantur : Vulgatior namque fama erat multorum sanctorum corpora in Crypta iam fuisse deposita Statimque aliis duabus deturbatis altera orientem Altera aquilonem spectantibus : Ac in altum purgatis ruderibus altius terram moliuntur : Saxa ingentia ordine confuso apposita dimovere . Sicque ad eos lapides quibus corpora contegi videbantur pervenere , Ubi lectis titulis , qui litteris antiquis apparuere : Sanctorum Euprepij , Cricini , Agapij , Proculiq. Veronensium presulum corpora esse cognoverunt : Et quoniam sanctorum reliquias nemini quam pontifici attrectare fas est : Episcopo advocato venerabundus accedens veste candida more vetusto templum iniit : Primusq. religiose admovens manus : Et in celum simul ora convertens amoliri lapides iussit , Sicq. advocato ex eius sententia decimo calendas martias anno à Natale Christiano MCCCCLXXXXII : Sublatis lapidibus monumenta patefacta sunt : è quibus tanta odoris fragrantia emanavit & tanquam thuris incensi , vel preciosissimi fragrantis unguenti odore universum templum repleverit : Proculi primum sepulcro deturbato Truncus : apparuit syndone purissima involutus . lux-*

(a) S. Procolo fu IV. Vescovo di Verona al tempo di Diocleziano e Massimiano circa l'anno 304. , non al tempo che qui , non senza manifestamente errare , affermasi .

Iuxta quem sanctorum martirum Cosme , & Damiani , ac Martini confessoris clarissimi : Apparuere reliquie . Ut ex tituli indicio cognitum fuit : Busti caput Bergomenses summa veneratione possidere fama vulgatur : (a) quoniam Cum suos cives Firmum & Rusticum martires de quibus supra naravimus inter nostros quatuor templis nobilissimis dedicatis magna religione veneramur ; Quamquam sint qui caput ipsum divi Proculi martiris esse autument : qui cum Crantore philosopho Rome tunc profitente Valentini Interamnensis presulis mirandis operibus motus : Relictis secularium litterarum studiis ad Christi veram philosophiam se convertit cui tantam Brevi operam dedit ut Lucentio viro consulari Interamnis prefecto iubente pro Iesu Christi nomine capite cesus martirii gloriam sit adeptus : Verum ut & nobis nostri presulis certa fama corpore deturbato rederetur : Mirum dictu & post Domini Nostri Iesu Christi sudarium nemini concessam proprii corporis imaginem sui in saxo corpus ipsum contegente veluti in quodam speculo viventem pontificali habitu : nulla artificis manu : sed propria Dei virtute ac bonitate insignem reddidit : per quam nobilius velut inspicientes , & per speculum veluti ipsius dei gloriam contemplantes : Deum ipsum laudare, benedicere , & summis precibus predicare valeamus : Quibus talia videre & consequi pro sua pietate & bonitate concessit : Supra busti pectus lamina comperta est in qua scriptum erat : ═══ Hic requiescit in pace Corpus Proculi episcopi ═══ Suprascripto vero lapidi Epigramma in hanc sententiam incisum legimus ═══ Hic cito consenui iam me precessit longior etas : Vivamque diu melioribus annis ═══ Illa vero que in Boream erat : Inanis primo inventa sine ullo vestigio corporis humani aut ullius rei sed cum pontifici arca iusta mensura visa non fuisset , Saxo ingenti semoto ossa corporis absumpti integram non modo , sed recenti specie comperta sunt : Titulo notata in hunc sensum arca erat : ═══ hic requiescit in pace Sanctus Agapius Episcopus . in altera vero que meridiem qui in re presenti erant

De-

(a) Sopra la mancanza della testa di S. Procolo s'è parlato distesamente nella nostra seconda Dissertazione contro il P. Moroni C. R. Ora da questo Documento si può venire facilmente in cognizione che il sopraddetto Gottardo Prete in S. Procolo , di nazion Bergamasco (non i Veronesi) quello fosse , che , veduto avendo mancar la testa al Corpo di S. Procolo , spargesse ch'era fama divolgata , che la detta testa a Bergamo si conservava , tacendo per altro , che oltre la testa anche il resto del Corpo di detto Santo colà diceano che conservavasi . Lo che egli probabilmente disse col fine di sostener per vero anche il trasporto da Verona a Bergamo de'Corpi de' SS. Fermo , e Rustico . I Veronesi però ciò non credeano , ed erano della opinione , che l'Autore di questa Storia (che io suppongo Pier Donato Avogaro) segue subito dopo a raccontare .

Desunt aliquot paginæ post quas sequitur ut infra.

.... sa est. Cetera nobis & alia quam plurima ita gesta vir integerimus cui summa erat cura & religionis & veritatis rerum gestarum exposuit que cum ad multos celebriori fama perlata essent, Deum summum magnificantes vera hec esse Sanctissimorum corpora presentium miraculorum testimonio predicabant: Benedictus igitur Deus & pater Domini nostri Iesu Christi qui diebus nostris tantorum sanctorum reliquias videre & attrectare nobis concessit qui sue civitati suos presules iterum restituit. Eruant alij viscera terre omnes eius fibras persequantur ut delitiis gemmas & parietum digitorumque pigmenta fodiant: Nos sanctorum corpora eruimus ut illa veneremur: Ut nostrarum opum gaudium, Et veram rerum nostrarum gloriam consequamur: Ut triumphalem eorum imo vero beatam & inocentem vitam posteris consecremus: Quam pro Christi nostri gloria fidei ac religionis propagatione tot periculis laboribus & mille mortis generibus exposuere gaude igitur, & letare Verona felicissima tantorum tuorum Presulum illustrata Reliquiis. En Urbium electissima nunc Esaie Vaticinium completum est. Et eris inquit requies eis & bonos. Hoc est quod is sepulture locus ab omnibus onorandus esset. Surge igitur velociter: veni & vide: Quia iste est locus in quo eorum corpora sita sunt que tibi fidem Sanctissimam peperere. Ecce in hoc parvo hiatu terre thesaurus incomparabilis reconditus est Veni. Vide hic est Nazareth: hoc est flos rerum tuarum: hic caña galilee: tua ubi aqua in oleum (deve dire *in Vinum*) *conversa. Hic tabyrium hoc est sanctorum tuorum tabernacula. Hic genazarebt: Ubi verbo & opere hominum mille millia saturata sunt. Opidum Vaym tibi apparuit ubi quam plurimi à peccati morte suscitati sunt hic torrens Endor: Sysara: Bethel: Calvarie locus in quibus nostri presules Dominica erexere Vexilla. Hic hic canendum: Iubilandum, flendum pre leticia quoniam que longo iam tempore concupieras invenisti: Petant alij ultimas terras. Maria temerata navigent alij. Hierosolyma adeant ob Salvatoris reverentiam visuri loca in quibus steterunt pedes eius: Ecce hic Hierosolyma, limina Petri, Ultima terrarum loca: Hic eorum oculi sunt qui Deum & hominem viventem conspexere: Hic eorum corpora quorum ora Christum allocuta fuisse sepe non dubitamus: In quibus Spiritum Sanctum in die Pentecostes conscendisse certe scimus: En magnum sacrarium en magna pietas: Et quis est cuius viscera non commoveantur, cuius ex caritate non ardeant intestina cordis: Cui non excidant pre leticia lacrime. Quibus ex Rebus ò Verona deum maximum Immor-*

X

mortalem summis precibus deprecari debes ut super te super hec altaria super hos lapides, quibus sanctorum tuorum Euprepij Cricini Agapij Proculiq. virtutibus ac sanctitate templum hoc sacratum est iugiter preses intendat: Populiq. tui quas preces fundit divina sua pietate suscipiat in honoremq. suum que hodie sacrificia quas suplicationes omnium ordinum conventu populus tuus Veronensis delibat & effundit: Placatus accipiat: Et cum ad illam immaculatam hostiam per quam peccata mundi delevit aspexerit: ad has etiam suorum Presulum hostias que tantum gregem tot laboribus & Vigiliis peperere prospiciat; Et ab eo ire sue flagella depellat, ut sanctus & immaculatus usque in diem adventus eius in sua fide perseveret.

Hec sunt patres que de sanctorum presulum inventione vita & rebus gestis in unum redigere potui: De qua si non satis abundeq. pro tantorum sanctorum meritis ea non dixi que forte dicenda fuissent vobis ipsis & vetustati veniam date. Certe id omne ingenii quod scio quam paruum sit ad eam pro dei honore: Sanctorum gloria: & totius civitatis solatio contuli atq. adhibui, hoc unum tamen gratum videri debet quod abstrusam & reconditam historiam in unum collectam atq. in ordinem digestam celebriorem posteris reddiderim.

XXVIII.

Exemplum ex actis Consiliorum Magnificæ Civitatis Veronæ in lib. L. in C. 49.

Die Veneris 29. iunij 1492. in consilio XII & L: in quo fuerunt duæ partes trium partium & ultra presentibus D. D. Magnificis Rectoribus.

Pro 4 civibus eligendis ad habendum curam corporum Sanctorum in Ecclesia S. Proculi nuper repertorum ut honorifice collocentur.

Per Spp. DD. Provisores Comunis posita fuit pars tenoris infrascripti videlicet

Ut quatuor corpora Sanctorum Episcoporum Veronensium reperta nuper in Ecclesia S. Proculi Veronæ honorificæ collocentur sicuti debito convenit huius Magnificæ Civitatis. Vadit pars quod in hac Civitate 4 eligantur cives qui una cum Rectore dictæ Ecclesiæ S. Proculi & cum duobus hominibus qui per homines Contractæ S. Zenonis electi fuerint curam habeant providendi honorificæ collocationi dictorum corporum Sanctorum & gubernationi oblationum & aliis necessariis.

Capta de ballotis omnibus.

Item die sabati XI. Augusti 1492. in Consilio XII & L. in quo fue-

fuerunt duæ partes trium partium & ultra presente Magnifico D. Potestate.

Quattuor Cives qui curam habeant honorificæ collocationis quattuor corporum Sanctorum Episcoporum nuper repertorum & cætera faciant juxta formam partis captæ 16. Iunii proxime preteriti.

Ad scrutinium & ballotas remanserunt

D. Christophorus de Peregrinis. Veritas de Veritate. Clemens de Clementibus. Thealdus Trivella.

Nicolaus de Zenis Notarius
Coadiutor Cameræ.

XXIX.

Ex Visitationum libro ab Illustrissimo, & Reverendissimo Aloysio Lipomano Anno 1553. habitarum in Cancellaria Episcopali Existente &c. ad paginam 46.

In Christi nomine. Die Dominico post Nonas 9. Aprilis 1553. Presentibus antedictis.

Ommissis &c.

Reliquiæ S. Stephani præter eas, quæ sunt in Altaribus, sunt infrascriptæ.

Et antequam describerentur per antedictum Reverendum Dominum Archipresbyterum fuit facta admonitio pro fide ipsarum reliquiarum ut non fiat alicui mirum, si prætiosum aliquod in hac Ecclesia habeatur, ut ideo aliquis minus habeat fidei, nam cum habeatur in ipsa Ecclesia Corpus Beatæ Placidiæ Virginis filiæ q. Valentiniani Imperatoris, que regrediens a Ierosolimis, quo devotionis causa accesserat, Veronæ mortua est, ut habet eius historia. Et cum verisimile sit, eam, quæ fuerat Imperatoris filia, facile secum potuisse deferre non pauca pretiosa, nihil mirum si illa ibi recondita sint, ubi & mortua, & sepulta ipsamet fuerit, & quamvis non cogantur ad credendum nolentes. (a)

Sciendum est tamen nimis scrupulosum esse in Sanctis reliquiis honorandis mirabile non esse cum eo maior sit bonor Dei in Sanctis reliquiis, quæ etiam eas, quæ non vere essent reliquiæ, Fideles Populi amore Dei studio devotionis quandoque complectantur.

(a) Placidia figliuola di Valentiniano fu moglie di Olibrio Imperadore; e la suddetta, essendo morta vergine, non fu quella certamente, ed è da credere piuttosto, che fosse Veronese.

Monuit etiam idem Dominus Archipresbyter, quod omnes reliquias, de quibus perbibet, quæ etiam sunt in altaribus ipse vidit cum aliis, diversis temporibus.

Hæc autem sunt Sanctarum reliquiarum nomina, quæ ex tabula marmorea pervetusta & facta ad ingressum portæ meridianæ columna incerta partim etiam chryrographis quibusdam vetustissimis, qui ex parte vix legi potuerant extrata sunt.

De ligno Crucis, Crux videlicet parvula ipsius ligni in capsula argentea ipsa vetustate consumpta quod patet, & ex ipsa tabula, & ex chirographo prædictis.

De sanguine Christi Miraculoso, vel miraculosi, ut habetur ex chirographo ipso in capsula ipsa argentea vetustissima, & vetustate confecta cum litteris grecis.

Lapis S. Stephani ut ex chyrographo allegato.

De Capillis Beatæ Virginis Mariæ in tabernaculo antiquissimo.

De Carne, quæ videtur sicca S. Stephani Prothomartiris in scatula oblonga argentea cum litteris solita conservari in alia capsula marmorea, ubi est etiam pulvis sacer, & fragmen saxi, & solent esse omnia in lapide marmoreo magno excisa in ipso altari maiori, sed quia reverentius ostendatur super altari in die S. Stephani illa scatula argentea ponitur visibilis in vase lapideo variato super pulviniculo serico antiquitus autem nunquam ostendebantur, sed erant clausa in ipso altari usque ad annum 1551. quando altare factum est marmoreum.

Tres pixides eburnei cum multis involucris reliquiarum & litteris, quæ magna ex parte vix legi possunt, & non sunt connexæ reliquiis, & sunt nomina.

Sanctæ Mariæ Consolatricis, S. Alberti, S. Arnulfii, & Iovitæ.

De Gambs de S. Stephano. De loco ubi Christus .... pedes discipulorum. De loco ubi Deus dedit legem Moysi, & ubi est corpus S. Catherinæ. Del panno era sopra il Corpo di S. Catherina, & della pietra del monumento. Del presepio ove Christo fu messo. Della Montagna donde Christo mandò lo Spiritosanto alli Apostoli.

Una ampulla, quæ videtur fuisse plena, vel aspersa intus sanguine cum litteris de manu scriptis, quæ non intelligitur

Item. Sancti Blasij.

Pixis moderna cum multis chyrographis & reliquiis hierosolimitanis, quæ fuit olim D. Iacobi Capellani.

Aliud involucrum datum mihi a Domina Ursula de Cepolis.

De Manu Corporis S. Andreæ paulum in ampulla nuper, & fideliter datum.

Duæ

Duæ capsulæ antiquæ, una marmorea cum reliquiis sine nomine
Sumpta ex suis locis & fideliter servata.

Sigillum vetus Altaris S. Andreæ.

Sigillum vetus Altaris Maioris.

Sigillum vetus Altaris S. Mariæ.

Ossa S. Simplicii Episcopi Veronensis & Sanctæ Placidiæ Virginis sumpta ex eorum arca 20. Februarii 1550: per ipsum D. Archipresbiterum.

Duæ mitræ veteres, quibus quidam attribuunt nomen S. Mauri, & unus biretinus vetus rubrus.

Chirotechæ Episcopales veteres.

Pastorale vetustum cum cordonibus cremisinis.

De Altaribus.

Altare maius, quod ornatum est palla, & factum est marmoreum impensa Archipresbiteri suprascripti habere solet reliquias S. Stephani predictas, quæ in eo fuerunt antiquitus in lapide marmoreo qui lapis habebat litteras antiquas, videlicet. Hic requiescit Caro S. Stephani Prothomartiris, in quo erant etiam literæ S. Felicis Episcopi Veronens., quod tunc inventum non est, nunc autem illa tantum parte ipsarum litterarum uti intenditur, quæ deservit reliquiis S. Stephani. Est ad hoc altare Societas Crucifixi, & Sanctissimi Sacramenti cum obbligationibus & conditionibus, de quibus infra. Non consecratum.

Altare S. Mariæ a dextris Altaris maioris. Ad hoc altare posita fuit arca marmorea antiqua, quæ solebat esse post altare maius, quæ servit pro stipite, & mensa non tamen animo aplicandi eam ipsi altari, ut non semper sit iuris omnimodi ipsius Ecclesiæ, & Archipresbiteri, sed tantum causa maioris venerationis reliquiarum ipsarum, quæ in ea sunt, & ut altare maius habeat corpora ipsa a dextris, & a sinistris, in qua ut testes sunt scriptura exterior in ipso lapide, & interior in plumbo sunt Ossa quinque Sanctorum Episcoporum Veronæ. videlicet Probi, Senatoris, Andronici, Petronii, Gaudentii, quamquam omnimodo ossa videantur multo pauciora. Sed potest presumi, quia Urbs Veronæ pluries diruta fuit, quia aliquo tempore ex eo loco, in quo hæc omnia fuerant, id acceptum sit, quod haberi potuit cum ipsis tabulis, & litteris. Non consacratum, est autem dotatum. Cuius fructus sunt libræ quinquaginta in anno ex prima fundatione, & si quid ultra additum est, ut creditur, & est iuris patronatus Nobilium de Bravis, ad quos spectat electio, & presentatio capellani, & in defectum illorum ad duos maioris estimi Viciniæ qui præ-

sen-

ſentant Rev. D. Archipresbitero S. Stephani, ut patuit ex dotatione q. D. Iacobini de Bravis fundatoris rogata per ſpectabilem Iacobum q. Alberti Draperii de S. Georgio Not. ſub die mercurii 7. Februarii 1403. Indictione undecima tunc producta, & ita ſervatur ad preſens, ut patuit ex preſentatione facta de Dño Franciſco Bravo rogata per Egregium Albertum Gaionum Not. diei 11. Octobris 1541. producta. Rector ad preſens eſt dictus Dñus Petrus Franciſcus Bravus cum obligatione celebrandi die Lunæ miſſam mortuorum, die Sabbati Miſſam Beatæ Virginis, & ferialem, & celebrandi unum aniverſarium pro anima dicti Dñi Iacobini. In quo celebrent omnes Capellani Eccleſiæ predictæ, & duo alii, & Miſſæ quidem celebrantur, aniverſarium autem non fit iam pluribus annis.

Altare S. Placidiæ.

Hoc altare habetur pro membro altaris S. Mauri, de quo infra dicetur, quod habet arcam, in qua ſunt corpora S. Placidiæ Virginis, & S. Simplicii Epiſcopi Veronæ, quod altare cum Arca fuit translatum a parte inferiori Eccleſiæ verſus athesim, & collocatum a ſiniſtris altaris maioris anno Dñi 1550. 20. Februarii, & ita corpora Sanctorum comprehendens altare maius ab unaquaque parte, ubi eſt Sanctiſſimum Sacramentum, & ipſum altare non eſt in tranſitu de una parte ad aliam, cum .... nec deordinat Eccleſiam, ut faciebat prius, non eſt conſecratum.

Altare Societatis Beatæ Virginis.

Hoc altare eſt iuxta ingreſſum portæ non conſacratum, neque dotatum.

Altare S. Andreæ

Hoc altare fuit poſitum ubi eſt ad præſens amotum a loco incongruo, ubi deformabat Eccleſiam anno 1543, quando etiam fuit picta Capella maior omnia impenſa D. Archipresbiteri præter pallam ipſius altaris S. Andreæ, quæ facta fuit tunc per rectorem altaris, habet in ſtipite pulverem Sanctorum, ut creditur, & oſſa valde venerabilia, quæ quando aperta fuerunt tempore mutationis altaris miram fragrantiam reddiderunt, quam omnes qui odorabant dexteram Dñi Archipresbiteri, qui .... uſque ad veſperam, ut mihi teſtari poſſunt, & aſſerunt ipſa Oſſa Sanctorum Innocentii, & Gaudentii Epiſcoporum Veronæ, quæ nunc pauca ſunt. Et S. Gaudentii memoria habetur etiam in Altari maiori, quidquid ſit pietas ad omnia utilis eſt. Habet etiam hoc altare capſulam argenteam cum reliquiis minutis valde venerabilibus. Altare eſt dotatum, cuius fructus ſunt circiter Ducatos viginti ſeptem cum obligatione celebrandi diebus Dominicis, Martis, & Iovis, & ea conſuetudine inte-

intereſſendi Divinis Officiis diebus feſtis, quæ omnia ſervantur per preſentem rectorem. Cuius electio, confirmatio, & inſtitutio ad preſens pertinet ad Dñum Archipresbiterum Eccleſiæ S. Stephani, quia defecerunt Patroni Hæredes videlicet fundatoris, ut patuit ex eius teſtamento prædicto rogato per Bartolameum de Bachinis de S. Vitale anno 1358. 4. Novembris Indictione undecima, & oſtenſæ fuerunt Bullæ proviſionum ipſius Capellæ in perſonas q. Dñi Aloyſii de Cavazzochis, & D. Iulii de Varotariis factæ per q. D. Zacariam Archipresbiterum rogatæ vid. quæ ſunt in perſonam D. Aloyſii prædicti anno Dñi 1501. 21. Decembris manu Nicolai Novarini Not., & quæ fuerunt in perſonam D. Iulii ſub die 2. menſis Auguſti anno Dñi 1530. per Egr. Leonelum de Leonibus not., & Bullæ in perſonam Hon. D. Sebaſtiani Mumegarii præſentis poſſeſſoris per preſentem D. Archipresbiterum rogatæ per q. D. Martinum Caſaldum Not. ſub die 5. Martii anni 1547. Non eſt conſacratum.

Altare S. Nicolai, ſive ſeptem Fratrum.

Hoc altare habuit titulum ſeptem Fratrum non conſecratum, nec dotatum. Et quia dicebatur in eo eſſe corpora Sanctorum (a) *cum pluries tentatum ſit non parva diligentia nihil inventum eſt.*

Ad hoc altare eſt Societas S. Nicolai.

Altare S. Vincentii.

Contrata eligit propria auctoritate Sacerdotem, qui ex conſuetudine celebrat diebus Lunæ, Mercurii, & Sabbati, cum tamen videatur quod teneretur celebrare quotidie, ut poteſt videri in teſtamento q. D. Liberæ q. Nicolai rogato per Andream de Monzanbano q. Eg. Bonincontri Not. de Getolis de S. Petro Incarnario Veronæ anno Dñi 1444. die decima Octobris ibidem viſo, quod dat ius ipſæ contratæ eligendi, ſed quia antiquitus, & per bonos, & timoratos viros ita ſervatum eſt præſumitur aliqua cauſa, cum non ſit memoria, quod quotidie celebratum fuerit. Servat ad præſens dictam obligationem Hon. D. Antonius de Quadro Electus per dictam Viciniam ut patuit per electionem factam de eius perſona rogata manu Eg. Alberti Notarii de Gaionis anno 1546. die prima Novembris. Eſt etiam titulus alius ad hanc Capellam Iuris patronatus illorum de Manentis qui præſentant Archipresbitero ut patuit ex Bullis preſentis poſſeſſoris D. Petri de Manentis diei 22. Aprilis 1536. rogatis per Eg. Alexandrum Magnerium Notarium, qui habet obligationem celebrandi

---

(a) Cioè i Corpi di S. Salvino e di S. Manio, come atteſta la membrana rapportata dal Card. Valerio alla pag. 4.

di die Veneris, quod servatur, sed non habetur fundatio, & est consecratum.

Altare S. Mariæ Matris Gratiæ Reginæ Angelorum. Et unum habet Vas fictile, interpositum cum multis reliquiis antiquis sine nomine non consecratum.

Altare S.S. Innocentium.

Habet lapidem marmoreum in stipite, in quo est scatula argentea cum ossibus puerilibus sine literis, sunt in archa post ipsum altare multa Ossa magna, & quædam parva, & est chirographum plumbeum, cum literis, videlicet ossa 40 Martirum, & Innocentium, non consecratum, & si sigillum non sit motum quia renovatum est, pro ornatu una cum fornicibus, & Capella non dotata.

Altare S. Alexandri.

Habet Arcam pro stipite in qua fertur esse corpora Sanctorum Blasii, & Alexandri Episcoporum Veronens. quamvis non sunt admodum certa signa, cum visa sunt, quia sunt & quædam ossa parva, est tamen quædam fimbria quæ videtur fuisse paramenti Sacri piè, est tamen videre antiquitatem non facile diripi dotatum est; Et est Rector Rdus D. Mapheus Albertinus Can: Verononsis ex collatione Rdi D. Archipresbiteri S. Congregationis, & Primiceriorum rogata, & scripta per D. Leonelum de Leonibus Not. sub die Mercurii 26: Feb. 1528: ad presentationem ut in ..... cum obligat. celebrandi Die Dominico, Lunæ, Mercurii, & Veneris, & interessendi divinis Officiis die noctuque, quod facit presens Rector per D. Antonium de Quadro, quod est Iuris Patronatus Archipresbiteri S. Stephani, & Sindici, & Rasoneri Viciniæ, & institutio autem Archepresbiteri & Primiceriorum S. Congregationis, ut patuit ex dotatione q. D. Ioannis de Busolis Fundatoris rogato per Paulum Zenonem q. Galvani de Buris Anno Dñi 1461: 21: Mens: Iulii productum, non consecratum, quia mota mensa quando laborata est arca, & habet sigillum vetus,

Altare S. Michaelis.

Habet reliquias antiquas in lapide marmoreo nuper positas quin, renovatum est sine nomine, non dotatum, neque consecratum.

Altare S. Mauri.

Habet ossa valde venerabilia, sed pene cumsumpta propter humorem Arcæ, quam Archipresbiter movebat altare perillustraret, ac ornaret, & reducta in quendam pulverem album, quæ cum primo nihil tale fuissent, secunmota mirum reddiderunt odorem, quem non omnes senserunt, voluit tamen hic Dñus eum sentire Archip: vid, clauderent, cum tamen in apertura nihil sensisset ut maius miraculum

appa-

appareret, sunt signa, crux enea ex lamine tutissima, sed non sunt literæ.

Dictum est super altare S. Placidiæ esse membrum huius altaris, & in quadam Schedula idem videtur fuisse de altare Sanctæ Crucis, quod instructum fuit, quia videbat impedire, & deturpare Ecclesiam, non credendum tamen quod esset dotatum, sed altare maius, in cuius palla Dñus portat Crucem, postea suppleat illam memoriam. Dotatum, & fructus sunt circiter Duc. 22: cum obligatione celebrandi diebus martis, Iovis, & Sabbati., & faciendi unum aniversarium, quod expendendi, & quatuor cum dimidia in festis S. Mauri, S. Placidiæ, & S. Crucis pro celebratione, ut patuit ex quadam schedula estimi, est iuris patronatus Archipresbiteri Ecclesiæ S. Stephani, institutio autem spectat ad Ordinarium, ut patuit ex Bullis pñtis Rectoris D. Ioannis Taieti tempore bonæ memoriæ D. Ioannis Mathei Episcopi Veronens. rogatis per Eg. Ludovicum Camisanum Not. anno Dñi 1532. die 21. Octobris.

Ommissis &c.

XXX.

Recognitio & translatio reliquiarum quadraginta Martyrum Veronen. & quatuor Innocentium & quinque Episcoporum Veronensium dispositarum & collocatarum in arculis existentibus in capella sub invocatione eorumdem SS. Innocentium noviter in Parochiali S. Stephani Veronæ erecta.

In Christi nomine à nativitate eiusdem millesimo sexcentesimo vigesimo primo, indictione quarta, die mercurii vigesimo secundo mensis Decembris, Veronæ in Ecclesia S. Stephani. præsentibus Rev. D. Ioanne Blanchino Capellano S. Stephani prædicti, perillustre Equite D. Ioanne Dominico Thodesco, Domino Dominico Novarino Notario de S. Stephano prædicto, D. Gaspare Zanato Aromatario de S. Maria Antiqua omnibus testibus &c.

Cum Admodum Rev. D. Iulius Varallas ex Divi Veronæ Stephani Paræcia Sacerdos non minori morum integritate, quàm eruditione preditus facultate prius habita ab Illustrissimo & Reverendissimo Domino D. Alberto Valerio Dei & Sanctæ Sedis Apostolicæ gratia huius Civitatis antistiti, & Comite, nec non obtento consensu Illustris Admodum Reverendi D. Ioannis Francisci Signoretti meritissimi prefatæ S. Stephani Ecclesiæ Archipresbiteri Sacellum ibi manu dextera, respectu habito ad ingressum per Valvas maioris in illam, sub auspiciis SS.

Innocentium multis iisque insignibus exornatum imaginibus, lapidibusque decoratam politissimis ut Christicolarum memoriæ aliud iisdem Divis in subterranea Ecclesia dicatum restitueret pietatis & religionis ergo constituendum ædificandumque curasset precibus quàm potuit diligentissimis à prædicto admodum Rev. D. Signoretto contendit; ut sibi SS. Innocentium & quadraginta Martirum reliquias quæ in arca quadam in Ecclesia inferiori existente iacebant præterea illas quinque Sanctorum Veronæ Episcoporum quæ sub arca tribus magis in Ecclesia superiori dicata servantur ut ex multis tum in plumbo tum in marmore incisis caracteribus, & præcipue ex quadam lapidea tabella infixa columnæ leva parte per parvum introeundo ostium positæ aliisque quampluribus documentis ac monumentis clarissime apertissimeque constat in Arcam, ob eam e nobili magnificoque lapide sculptam & in dicto nuperrime extructo Sacello collocatam ubi etiam undequaque oculis lustrantur singulæ eorundem diverum imagines exquisitissimis coloribus, miroque opificio expressæ transferre ac asportare liceret. Quare idem D. Archipresbiter huius tantæ pietatis amantissimi viri mentem sanctam, honestumque desiderium animadvertens, summa animi alacritate paternàque benevolentia eius honestissimis votis annuere decrevit. Insuper animo volutans locum in quo modò dictæ asservantur reliquiæ esse obscurum, horridum, incultum, minimeque tanto dignum thesauro: ex adverso Sacellum prefatum longe magis lucidum, decorum dignumque quod à populo frequentaretur, & à quo in dies magis fidelium religio & pietas adaugeretur, eas transferri; modo à superioribus, ut ius postulat recognoscantur facultatem fecit & permisit, facit atque permittit. Demum cum supplex præfatus D. Archipresbiter humilisque rogasset per Illustrissim. & Rever. Dominum Danielem Liscam I. V. D. Archidiaconum Ecclesiæ Veronensis & in eiusdem Episcopatu Vicarium in spiritualibus & temporalibus Generalem, ut pro Illmo & Rmo D. Episcopo prædicto qui eò concedere impedimentis detentus minime poterat debitam prædictarum reliquiarum recognitionem, antequam inde amoverêtur peragere vellet. Idem Rmus Dominus Vicarius illuc se contulit & presentibus Illmo & admodum Reverendo D: Io: Francisco Signoretto antedictæ Ecclesiæ Archipresbitero, eodem Reverendo D. Iulio Varallo, Illmo D. Octavio Stuppa viciniæ S. Stephani Syndico quampluribus aliis Christifidelibus meque notario infrascripto multis accensis intortitiis in Ecclesiam sub terram defossam descendit & ad prædictorum Sanctorum Innocentium sacellum devenit ubi cum fuisset quædam satis ingens lapidea arca inventa, mandatoque ipsius Rmi aperta, en adstantium oculis obiicitur statim ex ligno alia bene clausa solidisque clavis compacta, quæ septem pedes & dimidiatum

alte-

alterum in longitudinem, in latitudinem vero & altitudinem sesquipedem patebat, quam quidem a maiori arca extractam collocatamque eam super altare alius capellæ priori contiguæ & adhærentis aperiri iussit, factaque illi prius ea quæ decuit reverentia, adoratione, illam ossibus humanis penè confertam adinvenit, quorum nonnulla erant grandia, & longa, nonnulla parva & brevia, ad hæc magnam capitum copiam comperit & præcipue tria adultæ ætatis viri integra atque candidissima præter multa ossicula, quæ ibi ab aliis quadam plumbea lamina segregata iacebant in qua celatæ & insculptæ erant infrascriptæ literæ. Ossa quadraginta Martyrum & quatuor Innocentium, quæ quidem ossicula ab omnibus & præcipue ab. Ex: D: D. Iulio Cæsare & Alexandro ex Liscarum familia Medicis fisicis, qui ad id fuerunt accersiti, Infantium ossa fuerunt diiudicata, idcirco grandiora & quæ erant in maiori quantitate à præfato perillustri & Rmo D: Vicario ut reliquiæ corporum quadraginta Veronæ Martyrum parvula vero à maioribus seiuncta Sanctorum Innocentium fuerunt recognita. His peractis ad Ecclesiam superiorem revocarunt gradum statimque trium magorum altare leva manu ad altare maius positum, sub cuius portatili altare repositus extabat sacratus lapis adijt ubi cum iussisset auferri seram quandam firmiter positam, lapideam arcam claudentem, subalbum linteolum cuius capita serico coloris cærulei erant ornata invenit, in quo magna cum veneratione extracto, super altare reposito & explicato multorum grandium corporum ossa una cum multis cineribus involuta vidit inter quæ (mirum profecto visu) integrum adulti viri caput cum eius calantica pellicea, dentibusque tam in superiori quam in inferiori mandibula dignoscebatur; his iniunctum erat par chirothecarum egregie optimeque servatarum, quæ crucem extrinsecus viridi rubeoque contextam nec non annuli signum preseferebant, & demum quedam ex plumbo bractea dimidium pedis longa & lata fuit inventa in qua incisum legebatur ex charactere ut fuit iudicatum longobardo infrascriptum Testimonium. Hic requiescunt corpora Sanctorum Episcoporum Veronæ scilicet corpus Petronij Senatoris Probi Andronici Gaudentij, cum alijs literarum notis minoribus magisque nostræ tempestati respondentibus quæ sic habent.

Tempore Don Bartholomei Archipresbyteri M°. CCCLXXII. Quæ quidem omnia ut ossa & reliquiæ Sanctorum Veronæ Episcoporum ab eodem Rmo D. Vicario visa recognita & approbata deinde in linteolo seu panniculo denuo involuta & recondita in subterraneæ Ecclesiæ capellam fuere delata, ibique iuxta alias reliquias collocata ut interea temporis decenter & digne à prenominato D. Archipresbitero sub clavibus diligenter custodirentur donec earum congruentibus & adductis

locis reponerentur ac reconderentur. Super quibus omnibus & singulis sic legitime & servatis servandis celebratis idem Rmus D. Vicarius Generalis omni meliori modo quo potuit suam & Episcopalem auctoritatem interposuit pariter, & iudiciale decretum, iussitque & mandavit quod reliquiæ omnes prædictæ locis iam dictis diligenter asserventur: neque inde ipsæ vel illarum pars aliqua sub excomunicationis pœna per aliquam personam cuiuscumque status & conditionis existat amoveri vel auferri possint, vel possit. Rogantes me notarium publicum infrascriptum ut de præmissis omnibus & singulis publicum conficiam documentum ad perpetuam rei memoriam.

Die autem martis vigesima octava Xbris 1622. a Nativitate more notariorum (a) *in Ecclesia S. Stephani prædicti presentibus ibidem Rev. D. Ioanne Blanchino Capellano primario dictæ Ecclesiæ & Rev. D. Francisco Perono subcapellano eiusdem S. Stephani Paratiæ atq. Rev. D. Io: Baptista Pelicario Sacerdote de eadem Contrata testibus &c.*

Postquam supradictæ reliquiæ festo S. Ioannis Evangelistæ à secundis eius vesperis usque ad solis occasum posteræ diei Sanctorum Innocentium, ubi interea cuilibet eas visenti & adoranti, universalis suorum peccatorum venia à Pontifice Maximo fuit concessa, ante maiorem præfati S. Stephani Ecclesiæ arcam loco eminentiori summa christicolarum frequentia & concursu populo visendæ adorandæque fuissent expositæ & postquam primum in dicto nuper extructo Sacello factum fuisset sacrum a prefato Perillustri & Rmo D. Vicario eadem Sanctorum Innocentium festivitate qua splendidissimus in toto templo circumspectabatur apparatus cuiusque parietes omnes auleis longe pulcherrimis erant obtecti. Tandem sub eiusdem diei Vesperum prædictus Illustris & admodum Rev. D. Io: Franciscus Signorettus Archipresbyter maximo illis prius sacri Thuris honore & cultu tributo, eas inde abstulit, & in supra nominatis arculis, in quibus singulis continebatur alia capsa lignea, quæ intrinsecus tela auro contexta obtegebatur condidit devote & collocavit. Et primum Sanctorum Innocentium ossa reposuit in arca altaris ubi quoque eorumdem Sanctorum adest Icon, & lamina plumbea infrascriptos caracteres continens,

ÆF

(a) Cioè l'anno medesimo 1621, ma secondo l'usanza de' Notaj l'anno 1622, principiato il dì 25. Dicembre, in cui si celebra la Natività del Signore.

Æ F Memoria
Hoc . ſtet
Sanctorum. HÆC
Quatuor Innocentium oſſula
ſunt
Crypta in inferiori
fideliter perdiu
ſervata manebant.
Maxima Veneratione
Io: Eg. Franc. Signorettus
Huiuſce Eccl. Archipr.
Digniori hoc in loco
Auſpicato repoſui
Tutelaris , & venerationis ergo
Illmus Albertus Valerius VÆ: Antiſtes
Lubens adſuit
Anno Domini MDCXXI.
V. Kal. Ianuarij.

Oſſa deinde quadraginta Martyrum recondidit in Arcula quæ è ſiniſtra parieti infixa , ſuper quam pictæ ſuſpiciuntur eorum imagines & in qua lamina adeſt quæ haſce exprimit literas

Quæ

Quæ
Ossa cernis adoranda
S. S.
Quadraginta Martyrum
Veronensium sunt.
Io: Eg: Franciscus Signorettus
Huiusce P. Archipr.
Hoc in monumento illustriori
Magno populi Veronensis
Concursu
Magno ritu reposui
Sanctæ Veteri in Ara inferioris Ecclesiæ.
Quiescebant.
Fide, & Auguste reposita
Manebant
Illmus Albertus Valerius Vero: Antist:
Venerandus adfuit
Anno Domini MDCXXI.
V. Kal Ianuarij.

Reliquias demum Sanctorum Episcoporum collocavit in Arcula quæ contra parieti dextera inhærat quo loco pariter maximo splendet nitore Icon cum prædictorum Sanctorum Imaginibus etiam lamina itidem ex plumbo in qua incisum celatumque legitur infrascriptum elogium.

Monu-

Monumentum Hocce
Sanctorum
Probi, Andronici, Petronij, Senatoris, Gaudentij;
Qui huiusce Urbis Antistites
Hac in Ecclesia
Præfuere
Corpora tenet
HEic
Io: Eg: Franc. Signorettus
Huiusce P. Archipresb.
Obsignavi
Magno honore reposita
Anno Domini MDCXXI.
V. Kal. Ianuarij.

De & super quibus omnibus, & singulis præmissis petitum fuit a me eodem notario infrascripto publicum & publice fieri & confici instrumentum, & instrumenta ad perpetuam rei memoriam præmissorum. L. S. Et quia ego Io: Franciscus Rotarius f. q. D. Antonij notarij de S. Stephano Veronæ publicus Veneta auctoritate notarius, præmissis omnib. & singulis interfui. Ideo rogatus ea scripsi & solito symbolo signavi.

XXXI.

XXXI.

Ex Archivio Ecclesiæ S. Proculi Veronæ.

Fidem facio , & atteſtor Ego Antonius Maſſarolus Not. Coll. qualiter in Teſtamento Illr. ed Adm. Rev. D. Doct. Antonij Mabarbæ de Martinis Archipræsbiteri S. Proculi Veronæ rogato per quondam Dñum Io: Franciſcum Ceturam Not. exiſtentem in Officio Archivij Ven. Collegij D. D. Notarior. Veronæ ſub die 6. 8bris 1631 Inter cætera extant infraſcripta formalia verba Videlicet.

Per legato ha laſciato alla Vener. Confraternità della Madona di Gieſù eretta nell' anted. Chieſa Parochiale di S. Procolo le ſeguenti coſe. Prima ciovè ducati ſettanta ſei dal groſſo da eſſerli contati in denari ſubito ſeguita la di lui morte per li ſuddetti, & infraſcritti Comiſſarj per una volta tanto.

Item quelle pezze di terra, che quivi s'habbiano per deſcritte, per le quali

Prima il Ven. Monaſt. delle R. R. Madri di S. Iſeppo di Verona è tenuto pagar ogn'anno ducati dodeci dal groſſo, & in giorno del meſe di Maggio col patto per ducati duecento, & anco di eſſere aſtretto all'affrancazione, come nell'iſtromento di locazione ſopra di ciò celebrato per mano di Domino.........., Nodaro di Verona il Meſe di Maggio proſſimo paſſato 1630.

Item Dño Antonio Maria *q. D.* Ugucion Martini in un giorno del meſe di Febraro ducati ſei dal groſſo col patto per ducati cento, & anco eſſerne aſtretto, & come nella locazione fatta, come dice già due anni in circa, in atti del q. D. Gio: Battiſta Bagatta Notaro di Verona.

Item. Gli Heredi del q. Nob. Sig. Gio: Negrini di Verona ogni anno lire quaranta Veroneſi col patto *quandocumque* affrancarſi in ragione di ſei per cento ſenza eſſervi aſtretti in quel tempo dell'anno come nel ſuo iſtromento celebrato col ſud. Teſtatore nelli antedetti atti, ſiccome aſſeriſceil q. D. Gio: Batta: Bagatta Nod. in prima eſſatione de quali ſuoi affitti vol ei che detta compagnia faccia di quelli primi livelli, che ſi matureranno dopo la morte del Sig. Teſtatore, così d' eſſi come Capitali ne rimanga lei ſempre libera, & aſſoluta Patrona, *ſalvis* come di ſotto ſi dirà; Aggravando detta Confraternità & honorando Maſſaro, over altri Governatori di quella che *pro tempore* ſaranno alli ſotto dichiarati carichi, ciovè prima che delli ſo-

pra-

predetti ducati settanta sei, quali saranno come di sopra esborsati pur immediatè, che sijno spesi ducati sessanta in due Poglij di pietra, Uno all'altare di SS. Euprepio, e Cricino appresso la Sagrestia, e l'altro all'altare delli Santi Agabio, e Procolo appresso il Cimiterio, già errerti a spese del Sig. Rdo Testatore nella medes. Chiesa di S. Procolo con l'occasione della traslatione delli detti quattro SS. primi Vescovi di Verona ivi fatta, estratti dalla Chiesa pur ivi sotteranea, e con l'atione dell'aquisto, che detto Rdo cossì afferma già prima del suo proprio fece di quelli doi altari sotteranei, ove riposano le Sante Reliquie delli stessi Santi da *Domino* Pietro Pigozzi Mercante habitante in Verona, asserto successore della Famiglia Dossa Veronese, qual in detti Altari sotteranei ne teneva già anticamente per giusti titoli, e cause ragione si come ne appar del detto aquisto del Rdo Testatore asserto Testamento publico di mano del Carrara Nod. di Verona mese di Febraro *1619*. Volendo che detti Poglij sijno consimili alle altre Pietre di detti doi altri adornanti.

Pregandone intanto essi Governatori di detta Compagnia che per honore di Iddio, e delli Gloriosi Santi, e decoro della Chiesa sij in ciò usata ogni esquisita diligenza e sollecitudine per la perfezione dell' opera.

Item che delli altri ducati sedeci de denari restanti delli sopradetti ducati settanta sei faccia far essa Confraternità subito una Pianetta negra di seda con fornimenti d'oro per la sagrestia di S. Procolo sud.

Item che delli due affitti, che dalle Rev. suore di S. Iseppo, & da *Domino* Antonio Maria Martini scoderà annualmente essa Compagnia, faccia quella celebrar ogn' anno in perpetuo in tutti li giorni di festa di precetto una Messa all'Altar della Beatissima Vergine in detta Capella del Gesù, applicandone il Sacrificio Santissimo per l' anima del Signor Testatore, deputandone a tal carico, con l'elemosina d' ambedue detti affitti, o in parte, come meglio vedrà essa Compagnia esser sufficiente, un Sacerdote, che tenga tal carico con l'agiuto del Molto Reverendo Arciprete che *pro tempore* dimorerà, & per l'annuo affitto, e Capitale qual pagano detti Heredi Negrini habbia carico per l'amor di Dio essa Compagnia, e suoi Governatori di far cantare ogni Sabbato, e tutte le altre Vigilie della Gloriosissima Vergine dell' Anno in perpetuo le Lettanie della Beata Vergine in detta Capella dalli Fanciulli & altre persone divote con

l'affiftenza del Molto Reverendo Arciprete, o, quello impedito, del Reverendo fuo Capellano, a quali detti Reverendi, o all' uno, o all' altro che affifterà alla detta devozione fia dato per detta Confraternità un Tron per cadauna volta immediate de volta in volta, dette Lettanie cantate, e quelle per fuffragio dell'Anime, e remiffione delli peccati del detto Rev. Teftatore, e della q. Madona Catherina Mallina fua Benefattrice. *Et ut in dicto Teftamento, ad quem &c.*

Ludovicus de Bottanis Not. Colleg.

L. S. *In quorum fidem.*

APEN-

APENDICE.

Di S. Zenone Vescovo di Verona.

IN un Miscellaneo scritto da Bonzanino del Muro-nuovo l'anno 1429. Indizione VII., e che si conserva nella Librerìa di questa nobil Famiglia Saibante, leggendosi questi Versi

Ambrosius Doctor Sancti Zenonis alumnus,
Nos alat, & vitia depellat undique dira

impariamo come fino a quel tempo sapeasi in Verona che S. Zenone fiorì al tempo di S. Ambrogio, e non nel precedente Secolo sotto l'Imperador Gallieno, come lo Scrittor della Vita di detto Santo lasciò registrato (*a*), e dopo di esso, fra gli altri, Giovanni Mansionario; pensando forse, che quel Gallo (*b*) o Gallieno (*c*) nominato dall' Anonimo Pipiniano fosse l'Imperador suddetto, lo che è certamente falso; perchè, a dir vero, se S. Lucillo, il quale del 347. sottoscrisse al Concilio Sardicese, fu il sesto Vescovo di Verona, e S. Zenon l'ottavo, vede per fino un bambino che questi non fu in vita al tempo di Gallieno, il cui Impero l' anno 253 avendo cominciato, nel 268 ebbe fine.

Di Eginone Vescovo di Verona.

Giovanni Egonio nel suo Libro *de Viris Illustrib. Augiæ Divitis*

 da

(*a*) Notizie delle Chiese di Verona Lib. I. pag. 79.
(*b*) Ivi pag. 161.
(*c*) Documento num. I. impresso in questo Libro alla pag. 126.

da esso l'anno 1630. scritto e stampato dal P. Bernardo Pez nel suo *Thesauro novissimo* T. I. P. III. Cap. V. pag. 633. impariamo, che il detto Vescovo nell' 802. in Augea, ch' è un' Isola nel Fiume Reno, Monaco finì sua vita, e come fu seppellito il suo Corpo nella Chiesa di S. Pietro da esso stesso in quell' Isola edificata e consegrata l'anno 799.; e come da que' Monaci si fu annoverato tra Beati.

De B. Eginone Episcopo.

Egino ortus ex Prosapia Alemanniæ nobilissima, siquidem Carolus Augustus, cognomento Magnus, in quodam Diplomate suum illum cognatum vocat. Promotus ad Episcopatum Veronensem nihil antiquius habuit, ut Alemanniam, natale solum, reviseret. Abdicato proin Episcopatu in Augiam se contulit, & a Waldone, tunc Abbate, ut in Congregationem ascriveretur, impetravit. Ergo habita licentia inferiorem Insulæ partem velut Eremita incolere, templum nobile non tam extruere quam redditibus magnis dotare, & ingenti sanctarum Reliquiarum, & Ecclesiasticorum Vasorum, ornatuumque thesauro locupletare cœpit. Quæ Ecclesia in honorem S. Petri Apostolorum Principis anno 799. consecrata, dein in Præposituram evasit, & Patrono, suoque Fundatori Eginoni tumulum præbuit. Mortuus vero est Egino plenus dierum & bonorum operum Anno post Christum natum DCCCII. 3. Cal. Martii, & ut dixi, in choro Basilicæ suæ tumulatus est, ubi hucusque multis fulsit miraculis, propitius præsertim febricitantibus. Advertendum hic, mendum irrepsisse in Chronicon Augiæ Germanicum, ubi pro 3. Cal. Martii legitur 3. Cal. Maij, quod tamen ex antiquo Necrologio facile corrigitur.

E nel medesimo Volume alla pag. 726. quest' altra memoria ancora.

Egino nobilissima Alemanniæ stirpe ortus a Carolo Magno Veronæ Insubrique Urbi Antistes datus, cum Diœceseas illius onus & curam aliquandiu cum gloria sustinuisset, Alemanniam repetens, Augienses Fratres invisere voluit; quorum consuetudine miropere delectatus, illorum Congregationi adscribi postulavit, & ultimam Insulæ partem, ubi sibi solitarie victuro habitaculum construeret, impetravit. Ibi cum anno 799. sui nominis cellam & Ecclesiam propriis expensis condidisset, ipseque dedicasset, post triennium sancte exactum vita cessit, & ibidem sepultus est anno 802. 3. Cal. Mart. De eo Chronica Augense, Necrologium auctius & auctor Translationis S. Marci.

Di Rotaldo Vescovo di Verona.

Oltre le surriferite memorie il detto Egonio raccolse anche di Rotaldo le seguenti, secondo le quali il Vescovado di Rotaldo non dall'anno 802., ma tre anni avanti avrebbe cominciato, se non vi si scorgessero delle notizie che assolutamente false riputar si deono, e singolarmente ch'egli circa l'anno 830. abbandonato abbia il Vescovado di Verona, e in Augea siasi trasferito, avendosi sicuri riscontri ch'egli nell'840. era ancora in Verona. Falso è similmente, ch'egli per danaro ottenuto abbia da Giustiniano Doge di Venezia il Corpo di S. Marco Evangelista; essendo certo che il Corpo di detto Santo da Alessandria fu recato a Venezia nell'828, dove fintantochè edificavasi a di lui onore un Tempio, si venne depositato nella Chiesa di S. Teodoro: ond'era cosa difficilissima altrove trasportarlo senza che i Veneziani tosto non sen'accorgessero. Il più bello si è, che nel tempo, in cui si vuole seguito il di lui trasporto in Augea, il Doge Giustiniano era già morto, onde falso è che da questi Rotaldo l'abbia ricevuto. Ma non è d'uopo intertenersi a confutar questa favola, mercecchè essendo stato nel susseguente Secolo il dettto Tempio rinovato sotto il Dogato di S. Pietro Orseolo, il Corpo di S. Marco nel primiero riposavasi tuttavia.

De B. Ratoldo Episcopo.

B. Rotaldus claris in Alemannia ortus Natalibus, Clericum egit sub disciplina prædicti B. Eginonis Veronensis in Italia Episcopi. Sed ubi Egino, relicta Cathedra Pontificia, in Augiam, Monasticam vitam professurus secessit, Rotaldus sanctus Sancto ad Episcopatum suffectus est. Qui tamen post aliquot annos ejusdem Religiosæ vitæ desiderio accensus, in patriam rediit, & ut prope Insulam templum cum ædibus extruere sibi liceret, ab Heitone Abbate impetravit. Quod deinde templum cum variis Sanctorum Reliquiis ornare in animo haberet, familiarem sibi Justinianum quemdam Venetorum Ducem fecit, ut data aliqua pecuniæ summa sibi de insigni alicujus Sancti corpore circumspiceret. Fecit ita Venetus, & statuto die sacrosancta Marci Evangelistæ lipsana Episcopo eidem astulit rogans, ut tacito aliquandiu S. Marci nomine, Sancti Valentis Martyris & Episcopi ossa dicerentur. Tarvisii etiam eodem tempore Sanctorum Genesii & Theopompi Reliquias non minori gaudio acquisivit,

sivit, quas Cellæ nuper a se extructæ intulit. Sancti verò Marci corpus ad Augiam advenit 5. Id. Aprilis anno 830. Mortuus verò est Ratoldus plenus bonorum operum meritis anno Christiano 874. Idibus Septembris, & in templo a se Ratoldi Cella nominato sepultus est. Sed suo loco sermo frequentior de hoc recurret. Id ex Egonis lib. de Viris Illustr. &c. a Pezio editus in Thesaur. Anecdot. T. I. P. III. cap. VI. col. 135. *& seq.* e nel medesimo Volume quel che segue.

De Ratoldo Episcopo Veronensi.

Ratoldus nobilis Alemannus (quem inter Beatos p. 1. c. 6. laudavimus) Eginonis Veronensis in Insubria Episcopi primò Clericus fuit & Capellanus, dein vero propter insignem eruditionem & vitæ probitatem ad eandem Cathedram est evectus. Ubi cum commissum fidei suæ gregem verbo & exemplo egregie pavisset, post aliquos elapsos annos Alemanniam repetiit, & Augiam Antecessoris more invisere statuit. Quo cùm venisset, apud Heitonem tum fortè Abbatem institit, ut Eginonis cellam sibi concederet inhabitandam. Quod ubi ille cum Fratribus recusasset, mox Ratoldus subintulit: faceret ergo saltem potestatem loco insulæ proximiore ædes aliquas cum oratorio pro se construendi, curaturum se, ut ejus beneficii nunquam Augienses Patres pœniterent. Ergo ultra Lacum inter Occidentem & Aquilonem plagum ei spatium concessit, ubi antea nihil præter paucas quasdam piscatorum domos erat. Ibi Ratoldus Nominis sui cellam auspicatus cum templo brevi ad fastigium perduxit, moxque & aliquot Sanctorum aquirendas exuvias animum adjecit, quibus Ecclesiam suam ornare posset, & amplius condecorare. Quare non multo post in Italiam regressus à Venetorum Duce datà prius non spernenda pecuniæ summa S. Marci Evangelistæ corpus impetravit, quod deinde una cum SS. Genesii & Theopompi Martyrum Reliquiis Tarvisii aquisitis in Patriam advexit anno 830. Inde Reliquias S. Marci & Genesii gratitudinis ergo Augiensibus obtulit. Sacra verò D. Theopompi ossa cellæ suæ intulit, cui successu temporis Oppidum ac Hegojæ emporium ab eo Ratoldi cella vocatum accrevit. Eo deinde loco postea quam Ratoldus in magna sanctitatis opinione vixisset, diem tandem clausit extremum anno 874. Id. Septembris, ibidemque tumulatus est, cuius magnificum sepulcrum adhuc hodie in parochiali templo ante chorum publicè conspicitur, dignoque in honore habetur. Agunt de eo Necrologium nostrum auctius, Contractus in Chronico, Chronicon Augiæ, Auctor Anonymus in historia S. Marci, Munotenus lib. 5. Cosmogr. cap. 214. Iacobus Merckius in Ca

talo-

talogo Episcoporum Constantiensium in Episcopo Gebbardo I. Id. ibidem Part. III. cap. XII. col. 729. seq.

Per altro se, secondo queste notizie, il Vescovado di Rotaldo dall'anno 799. cominciar dovesse, luogo alcuno al supposto Vescovo Aldone non si resterrebbe. Che Eginone, e Rotaldo tra il numero de' Beati in Augea tenuti sieno, certa cosa è, che dalla Chiesa Veronese mai per tali furono conosciuti. E di qui ne inferisco io, ch' ella non senza fondamento preso abbia a venerare gli altri trentasei Vescovi Veronesi, che per Santi riconobbe e riconosce; mentre se in questo ignorantemente, e con facilità soverchia proceduto avesse, come l' erudito P. Sarti seco stesso si va immaginando, non solo i suddetti due, ma quanti altri di lei Vescovi fossero stati altrove quai Beati venerati, anch' essa naturalmente venerati avrebbe.

Di Lotario Imperadore.

Dacchè quest' Operetta non poco serve a leggere più dirittamente alcune delle notizie contenute ne' Volumi già per noi pubblicati; sappia il Lettore come, per inavvertenza degl' Impressori, alla pag. 27. del secondo Volume della seconda Parte delle Cronache del Zagata fu stampato all' anno 818. che Lodovico e Lotario reggeano in quell' anno l' Imperio insieme, quando ciò all' 820., secondo il nostro manoscritto, stampar doveano; e però quella pagina deve esser corretta a questa foggia

	Re d' Italia	*Imperatori*
818.	Bernardo.	Lodovico.
820.	Lotario.	Lodovico, e Lotario.

Della Iscrizione di Pacifico.

Pacifico fu Arcidiacono della Chiesa Veronese, e qual uomo ei si fosse imparasi dalla Iscrizione che tuttavia esposta si vede nella Cattedrale, (*a*) se però a quella fede prestar si debba, scorgendovisi de' caratteri, per i quali non coeva è da riputarsi. La data ad essa Iscrizione sottoposta è dell' 846. Indizione X. Dicesi in

(*a*) Notizie Stor. delle Chiese di Verona Lib. I. pag. 148.

in essa che il detto Arcidiacono passò di questa vita l'anno 27. di Lotario Cesare, e questi anni all'846. perfettamente corrispondono. Dicendo però, che ciò successe nel nono giorno delle Calende di Dicembre, cioè addì 23. Novembre, la notte della Domenica, questo non è certamente vero, mentre la notte 23. Novembre dell' 846. era la precedente al giorno di Mercordì. Dice in oltre che durò nell'Arcidiaconato 43. anni, lo che sembra non essere similmente vero; perocchè se vero sia, che nell' 806. (a) Tisone era Arcidiacono, e nell'845. (b) quell'Audone, che fu poi Vescovo di Verona, supposto che Pacifico nel detto anno 806. sia stato creato a Tisone successore, e morisse poco avanti l'845., non sarebbe stato Arcidiacono se non se anni 39.

Di Bernardo e Tebaldo Vescovi di Verona.

In antico Necrologio del Monistero di S. Michele in Campagna si sta notato, che il Vescovo Bernardo il dì primo Dicembre 1135. finì sua vita:

f. KI. Decembris. Obitus Domini Bernardi Religiosi Episcopi Veronensis. M.C.XXXV.

Nella Lapida esposta nella Chiesa di S. Croce de'RR. PP. Capuccini (c) si fa menzione del detto Vescovo Bernardo, ed è spiegato che Tebaldo gli fu creato successore, e come questi nel quinto giorno di Agosto passò a miglior vita: *Successit* (così l' Iscrizione) *magnus vir Christi forte Tebaldus: Augusti Nonis it super astra polis.* L' anno non vi sta notato, ma deesi supporre il 1157., in cui Ognibene gli fu creato successore: E quindi si può eziandio argomentare dell' età di detta Iscrizione.

Dell' Ornamento di Ravenna.

Là, dove s'è discorso per noi dell' Ornamento dato fuori dall' erudito P. Sarti, s' è detto che la mano, posta nel mezzo della fascia superiore d' esso ornamento, appare trafforata; ma dubitando alcuni che non una piaga, ma piuttosto un occhio nel mezzo di essa mano ricamato esser vi possa; noi, per chiarirci della verità, pregato abbiamo il nostro P. D. Giuseppe Varesco Monaco Benedettino in S. Zenon Maggiore, acciò voless' ci scri-

(a) Notizie Stor. delle Chiese di Verona Lib. I. pag. 42.
(b) Ivi pag. 176.
(c) Ivi Lib. II. pag. 594.

scrivere al P. D. Giuseppe Bortoletti suo Monaco in Ravenna, perchè questi portar si volesse ad osservare diligentemente quella fascia in cui la detta mano sta ricamata, per iscoprire in fatti se occhio o piaga in quella comparisca. Fummo tosto cortesemente favoriti, e nel proposito la seguente Lettera è di là pervenuta

Fuori

Al Molto Rev. Pad. Padrone Colendiss.
Il Padre D. Giuseppe Varesco Procurat.
di
S. Zenone Magg.
Verona

Dentro

Amico Carissimo

S. Vitale Ravenna 7. Settembre 1756.

Subito avuta la carissima vostra mi portai a Classe, ma essendo il Padre Bibliotecario fuori, lo incontrai poi per la strada, e nel giorno dopo mi portò in S. Vitale il consaputo Dittico, e mi lasciò quel pezzo, nel quale v'è la mano aperta, ed avendola osservata co' miei Cherici, e non potendo dirvi assolutamente se la macchia, che vi sta in mezzo, dinoti una piaga, per non averne mai vedute di color azzuro, ovvero un occhio, per essere differente da quelli, ch' hanno le altre figure; ho pregato il nostro Padre Maestro Molin a farmene una copia esatta, che qui v' accludo, e state sicuro esser simile in tutto, e voi fatte il conto di vedere l' Originale, ec.

Vost. Obblig. Servid. Amico vero
D. Giuseppe Maria Bortoletti.

Questo accuratissimo Disegno pertanto nella nostra primiera opinione ci conferma, cioè che la mano sia trafforata, e potersi al più aggiugnere che la testa comparisca di un chiodo nella piaga conficcato. L'Eminentiss. Sig. Cardinale Enriquez di F. M., per annuire al desiderio del P. D. Giuseppe Bianchini, ordinò in Ravenna che de' tre pezzi, che rimangono di detto Ornamento in quel Monistero di Classe, fosse un accurato disegno in pittura rilevato. Questo disegno, capitato indi in potere del suaccennato P. Bianchini, venne poscia dallo stesso Padre regalato al celebre Sig. Prevosto Francesc' Antonio Gori Firrentino. Lo che avendo penetrato noi, abbiam pregato il mentovato Signor Prevosto che volesse permetterci di estrarne copia per mandarla con questa Operetta in luce, pensando che fossero i detti tre pezzi dall'Originale niente differenti; ma dal centone, accura-

ta-

tamente rilevato dal P. Molin, avendo noi scorto non essere stati quelli con la dovuta esattezza rilevàti, opinione cangiata abbiamo, e la risoluzione anzi presa di dar fuori la sola figura dal detto Padre rilevata, unitamente al disegno dato fuori di essi tre pezzi dal P. Sarti, coll'imagine di S. Fermo però dipinta, come in uno delli tre pezzi fatti copiare dal Sig. Cardinale suddetto si sta e giace; pensando noi per questi poter gli Eruditi venir in cognizione della vera forma, simetria e grandezza del citato Ornamento.

Giunta e correzione alla Serie Cronologica de' Governatori di Verona.

1508. *Francesco Garzoni* resse Verona con titolo di Podestà fino in Giugno del 1509., quando la Città venne in potere di Massimigliano Imperadore; dal quale vi fu spedito con titolo di Luogotenente Giorgio Naidek Vescovo di Trento, non il Madruzio, come, sulla fede degli Scrittori nostri, altrove s'è detto (*a*).

1514. *Lodovico dalla Torre* era Podestà. Morì in quest'anno (*b*) il Naidek, onde il Conte di Cariati fu dichiarato Luogotenente in sua vece, e continuò fino all'anno 1517. in cui ritornò Verona sotto il Dominio della Repubblica Serenissima di Venezia.

IL FINE.

(*a*) Zagata Cron. Vol. II. della II. P. pag. 91.
(*b*) Ivi Vol. I. della II. P. pag. 160.

NOI

RIFORMATORI

DELLO STUDIO DI PADOVA.

AVendo veduto per la Fede di Revisione ed Approvazione del P. F. *Gio: Paolo Zapparella* Inquisitor Generale del Sant' Officio di *Venezia* nel Libro intitolato *Documenti che vanno in seguito alle due Dissertazioni di Giambattista Biancolini MSS.* non v' esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica; & parimente, per Attestato del Segretario nostro, niente contro Principi & buoni costumi, concediamo Licenza a *Dionisio Ramanzini* Stampator *di Verona*, che possi essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, & presentando le solite Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, & di Padova.

Dat. li 5. Gennajo 1756. *M. V.*

(Zuane Querini Proc. Ref.
(
(Alvise Mocenigo 2o. Cav. Ref.

Registrato in Libro a Carte 58. al num. 563.

Giacomo Zuccato Segr.

Addì 18. Gennajo 1756. *M. V.*

Registratto nel Magistrato Eccellentissimo degli Esecutori contro la Bestemmia.

Francesco Bianchi Segr.

I N-

INDICE.

A

B

C.

Car.

Cor-

D

E

F

Fi-

L

M

Mi-

T

V

Ve-

Z

ERRORI.			CORREZIONI.
pag. 15	*linea* 1	ad una Porta	ed una Porta
24	21	Tiddeo , Ciberto e Vittoria.	Ciberto, e Vittoria
39	3	*absferrari*	*obsferrari*
64	30	distrutto	distrutto alquanto
72	6	i	il
85	17	Gittà	Città
88	18	*ches*	*chez*
99	3	1295	1259
104	29	1436	1336
106	14	sa	sia
136	7	*hi*	*hii*
177	17	altri	altari.
40	14	poi più	più
59	11	Tav. III.	Tav. V.
90	30	Germani	Germano il primo, e Nipote il secondo
91	34	Uberto	Enrico
98	34	Vodalrico	Federico
174	2	*Carnis*	*Cornis*
175	7	*tenu*	*tenet*
1[illegible]5	2	Brunatum	Brunatium

I. Nomi di quelli , che abbiam certo esser stati Marchesi di Verona sono li seguenti

876	Walfreddo	1013	Adalberone
922	Grimaldo	1047	Guelfo
952	Arrigo	1156	Ermanno I.
1003	Ottone	1186	Ermanno II.
1012	Corrado	1257	Federico

Rotaldo Vescovo di Ve[illegible]na l' anno XVII. di Lodovico e Lotario, cioè dell' 836, fu al Concilio di Mantova . *de Rubeis Monumenta Ecclesiæ Aquilejensis pag.* 415. A.

Giovanni Vescovo di Verona l' anno primo di Corrado Imperadore intervenne al Concilio Romano . *Ivi pag.* 513. B e vi si ricorda un Concilio tenuto già in Verona.